


George Bancroft

# PLATONIS

ET QUÆ

VEL PLATONIS ESSE FERUNTUR

VEL PLATONICA SOLENT COMITARI

# SCRIPTA GRÆCE OMNIA

AD CODICES MANUSCRIPTOS

RECENSUIT

VARIASQUE INDE LECTIONES

DILIGENTER ENOTAVIT

## IMMANUEL BEKKER.

ANNOTATIONIBUS INTEGRIS

STEPHANI, HEINDORFII, HEUSDII, WYTTENBACHII, LINDAVII, BOECKHIIQUE

ADJICIUNTUR MODO NON INTEGRÆ

SERRANI, CORNARII, THOMPSONI, FISCHERI, GOTTLEBERI, ASTII, BUTMANNI, ET STALBAUMI,

NECNON EX COMMENTARIIS ALIORUM

CURIOSE EXCERPTA.

VOL. IV.

LONDINI:

EXCUDEBAT A. J. VALPY, A. M.

SUMPTIBUS RICARDI PRIESTLEY.

MDCCCXXVI.

## IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR

# M E N Ω N.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΜΕΝΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΑΙΣ ΜΕΝΩΝΟΣ, ΑΝΥΤΟΣ.

## ARGUMENTUM.

Quid Virtus sit, et quomodo nobis adsit, disseritur. Virtus est affectio sive habitus animæ, quo potentia naturalis ejus quam optime suum opus exercet: exercet autem, cum ad finem suum dirigitur. Virtutum species plures sunt, pro virium animæ actuumque diversitate: nimirum sapientia, quæ ad mentem: scientia et prudentia, quæ ad rationem: opinio recta seu sagacitas, quæ ad phantasiam: justitia et liberalitas, quæ ad voluntatem: fortitudo ac pedissequæ ejus, quæ ad vim irascibilem: continentia et temperantia, quæ ad concupiscibilem referuntur. Hæ vero omnes virtutes diversis quidem rationibus habentur, sed ita tamen, ut nulla succedat, nisi divini numinis efficacia accesserit, qua nimirum homines virtute instruantur.

# Μ Ε Ν Ω Ν.*

§. 1. Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ Steph. II. 70.
ἀρετή; ἢ οὐ διδακτὸν ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε Bek. II. i. 325.

* Μένων, ἢ περὶ ἀρετῆς, πειραστικός] Petita hæc esse verba e Diogene Laertio iii. 58. dubitari nequit. Alii, Athen. vii. p. 314. A. B. Diog. Laert. ii. 38. Philopon. in Aristot. Metaph. 6. Anall. ii. 5. laudant simpliciter: Πλάτων ἐν Μένωνι. Bip.

Μένων] Haud rarum erat Menonis nomen inter Græcos: Assyrius enim Meno, prior Semiramidis maritus, cui eam eripuit Ninus, satis notus est. Xenophon Hist. Gr. l. v. Menonis cujusdam Thespiensis mentionem facit; et Plutarchus in Pericle de alio quodam Menone loquitur, Phidiæ statuarii socio ejusdemque accusatore. Qui vero in hoc dialogo loquitur, Thessalus fuit, ut ex ipso statim dialogi initio patet: non tamen Larissæ, ut Grou interpres Gallicus existimat, sed Pharsali natus, ut statim apparebit. Nullus enim dubito, quin hic idem ille sit Meno, cujus in Xenophontis Anabasi Cyri frequentissima mentio est, siquidem inter duces Græcorum Cyro contra fratrem Artaxerxem auxiliantium haud postremum locum tenebat. Semper enim Xenophon eum vocat Θετταλόν. Porro ejusdem plane ætatis fuit. Nam bello isti interfuit simul cum Xenophonte, et Proxeno, discipulo Gorgiæ (Xenoph. Ἀνάβ. l. ii. ad fin.) cujus etiam Platonicus Meno discipulus erat. Denique etiam Aristippus, qui hic in ipso dialogi initio ut familiarissimus Menonis amicus memoratur stabat a Cyri partibus (vid. init. Ἀνάβ.) Quem enim Xenophon a regione Aristippum Thessalum vocat, haud diversum esse ab hoc, quem ab urbe Larissæum nominat Plato, eo minus dubitari potest, quum Xenophon (ad finem libri secundi) in descriptione morum Menonis affirmet, adolescentem eum propter pulcritudinem ab Aristippo præfecturam militarem consecutum esse. Ejusdem Menonis meminit Diogenes Laert. l. ii. Segm. 50. ubi simul Xenophontis in eum odium refert. Ἐχθρῶς διέκειτο πρὸς Μένωνα τὸν Φαρσάλιον περὶ τὸν χρόνον τῆς ἀναβάσεως. Thucydides etiam hujus* Pharsalii Me-

* Pharsalii cujusdam Menonis mentionem faciunt, eumque in bello Peloponnesiaco Atheniensibus copias Thessalorum auxiliares adduxisse duodecimque talenta sponte contulisse narrant Thucyd. ii. 22. Demosth. c. Aristocr. qui simul refert eum pro his beneficiis civitate ab Atheniensibus donatum fuisse. Illum autem Menonem non, quod inconsideratius pronuntiaverat Gedikius, eundem esse de quo hic agitur, e temporum ratione ostendit Schleiermacher. Quippe copias ille duxit primis belli Peloponnesiaci temporibus; hic in Cyri exercitu eundem honorem per

μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ;

ΣΩ. Ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ οὐχ ἥκιστα

nonis mentionem facit l. ii. 22. eumque in bello Peloponnesiaco Atheniensibus copias Thessalorum auxiliares adduxisse narrat (ἐκ δὲ Φαρσάλου Μένων). Idem bis narrat Demosthenes, in Orat. de Rep. ordinanda, et in Orat. contra Aristocratem. Utroque loco iisdem verbis narrat, Menonem Pharsalium ad bellum gestum ad Eionem et Amphipolin (octavo anno belli Pelop.) duodecim talenta sponte contulisse, et cum trecentis suis equitibus opitulatum esse Atheniensibus. Simul exponit, quale præmium pro hoc beneficio nactus sit. Hic tamen mirum in modum ipse sibi contradicit Demosthenes.* Priori enim loco dicit, Menonem non civitatem, sed solam immunitatem accepisse ab Atheniensibus. Altero tamen loco disertis verbis contrarium affirmat, donatum eum esse civitate, tanquam satis magno præmio. Æque aperte in utroque loco de Perdicca sibi contradicit Demosthenes. Equidem tamen posteriori loco maxime credam. Sic enim magis patet, qui factum sit, ut Meno Thessalus Athenis commoraretur, inque Socratis notitiam perveniret. Quanta autem hujus Menonis in exercitu Cyri auctoritas fuerit, inde apparet, quod in prœlio contra Artaxerxem, quum Clearchus dextræ Græcorum alæ præesset, ipse sinistræ præerat. Sed cum cæteris ducibus postea, Tissaphernis Satrapæ insidiis, circumventus, et graviori supplicio quam collegæ a Persarum rege affectus est. Quæ omnia legi possunt in primo et secundo Xenophontis libro de expeditione Cyri. Addit idem vividam morum Menonis imaginem, qua apparet, improbissimum et sceleratissimum hominem eum fuisse, nisi forte Xenophon suo illius odio aliquid dedit. Hanc tamen teterrimam Menonis descriptionem totidem verbis e Xenophonte sine illius mentione exscripsit Suidas (in voce Μένων), itemque Stobæus (Serm. 2. de Malitia). Improbitas illius tanta fuit, ut cum Tissapherne et Ariæo, hospite suo, (qui, quum antea ipse in exercitu Cyri ducis officio functus esset, postea deseruit Græcos, iisque cum Tissapherne insidias struxit) ut, inquam, cum his consilia communicaret, et Clearchum, supremum Græcorum ducem, cæterosque collegas apud Tissaphernem calumniaretur. Saltem Clearchum hoc suspicatum esse, Xenophon tradit. Athenæus tamen (l. xi. p. 505.) ubi Platonem acriter perstringit, Menonem dicit Clearchum Tissapherni prodidisse, simulque vituperat Platonem, quod sceleratum hunc virum (τὸν τοὺς Ἕλληνας προδόντα, ut paullo post p. 506. eum vocat) laudibus ornarit, et ita quasi mendacii arguerit Xenophontem. Excusari tamen Plato ita potest, ut dicamus Menonem adolescentem, qualis in hoc dialogo est, nondum talem fuisse qualem depingit Xenophon. Superbia tamen illius ac insolentia ex hoc ipso etiam dialogo elucent. Et revera proditio, cujus eum accusat Athenæus, non aperte legitur apud Xenophontem, quippe qui præter ea, quæ jam commemoravi, hoc solum narrat. Ariæum a Tissapherne missum nunciasse Græcis, Clearchum quidem, quia fœdus cum Persis ictum violarit, morte pœnas luisse, Proxenum vero et Menonem (simul cum Clearcho comprehensos) in magno honore esse, quoniam Clearchi insidias detulerint. Sed hæc dolose mentitum esse Ariæum, vel ex eo verisimile est, quod, quum Græci postulassent, ut remitterentur Proxenus et Meno, quippe tam bene de ipsis meriti, repulsam tulerunt. Cum cæteris enim, ut dixi, Græcorum ducibus supplicio affectus est, imo graviori quam hi. Τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς· ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν ὡς πονηρὸς λέγεται τελευτῆς τυχεῖν. Ita

---

pulchritudinem adeptus est. Vid. Anab. ii. 6. fin. Major itaque aliquis Meno ille fuit, sed ex eadem haud dubie familia. Buttm.

* Hanc ipsam contradictionem explicare conatur Wolf. in egregia editione orationis Demosth. adversus Leptinem, Proleg. p. 74. Gedik.

οἱ τοῦ[a] σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται τοῦ Λαρισσαίου.[b] τούτου δὲ ὑμῖν[c] αἴτιός ἐστι Γοργίας· ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ[d] εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς

CODICES TREDECIM,
𝔄ΓΔΞΣΥΒCEFrbr.

[a] τοῦ om 𝔄ΓΔΒCEFrbr.—[b] λαρισαίου 𝔄Δbr, λαρισσαῖοι Γ: λαρισσαίου *r.—[c] ὑμῶν 𝔄ΓΔΞΣΥΒCrb: ἡμῖν *r.—[d] ἐπὶ σοφίᾳ om Γ.—[e] τὸ om Δ.—[f] αὐτοῖς 𝔄ΔΒC

Xenophon. Cæterum Menonis genus in Thessalia illustre fuerit necesse est. Plutarchus enim (in initio Pyrrhi) matrem hujus regis Phthiam Menonis Thessali filiam fuisse narrat, additque hunc Menonem in bello Lamiaco egregiam operam præstitisse; qua de re videndus idem in Phocione, ubi bellum hoc describitur. Non equidem Menonem hunc eundem esse puto, ac Xenophonteum et Platonicum nostrum Menonem, siquidem inter Cyri expeditionem et bellum Lamiacum contra Antipatrum gestum octoginta fere annorum spatium intercessit; sed quum itidem Thessalus fuerit, non dubito quin eodem genere ortus sit, imo nepotem hujus nostri Menonis fuisse credo. Nomina enim avorum ad nepotes plerumque transiisse in Græcia, notum est. Gedik. Menonis alicujus, incertum an nostri, scripta culpari ab Hermogene p. 367. monet Schneider. Buttm.

§. 1. ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή] Quæstio, in qua summa dialogi vertitur, hic in ipso limine simplicissimis verbis est proposita; quod mirum in Platone, qui alias semper exordiis, iisque pulcherrimis elegantissimisque, utitur. Sed videtur hac re pungi Sophistarum eorumque discipulorum fastus, qualibet disserendo se facile explicaturos et probaturos ἀφόβως καὶ μεγαλοπρεπῶς credentium; qui in Menone, vix illis sacris initiato, irrisione dignior erat. Biest.

Λαρισσαῖοι] Vulgo τοῦ Λαρισσαίου, quæ perversa mihi videbatur sermonis conformatio. Unus Coisl. emendate exhibet quód nos reposuimus. Buttm.

ἡμῶν] Leg. necessario ὑμῶν, uti e seqq. apparet. Ficinus quum vertat *vobis*, in suis Codd. etiam ὑμῖν legerit necesse est. Ged. At potest esse expletivum illud, quod sæpius occurrit, etiam apud Latinos, et quod ironiæ et simplicitati Socratis mire convenire videtur. *Vos Thessali, vos Græcos omnes superatis; quod nobis effecit ille Gorgias, quod Gorgiæ acceptum ferimus.* Alioqui, credo, esset ὑμ. αἴτ. ἦν, non ἐστι. Biest.

ἡμῖν] Corrigebat Gedikius ὑμῖν: atque nunc e longe majore codicum parte ita edidit Bekker. Sed quam exigua seu potius nulla sit in hac varietate codicum auctoritas satis constat; quam proclivis autem hic quidem propter sensum lapsus erat in formam ὑμῖν, ipse nostrorum criticorum assensus docet. Quare nondum ego permoveor ut abjiciam ethicum illud ἡμῖν quod jam olim Biester ut Socratis sermoni imprimis conveniens tuebatur. Nam si legimus ὑμῖν, frigide Menonem edocet Socrates, cuinam hoc acceptum ferant Thessali; si ἡμῖν, eadem dicit, et subridens simul Athenienses Græcosque de gliscente hoc Thessalorum in philosophia principatu admonet: quod magis etiam sentias si conferas superius ἐν τοῖς Ἕλλησιν, atque infra querulum illud, ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε M. Buttm.

ἐπὶ σοφίᾳ] Thessalos olim re equestri valuisse maxime, testantur plurimi. Pausanias 10. init. laudat Thessalorum τῆς ἵππου τὸ πλῆθος, καὶ ὁμοῦ τῷ ἀριθμῷ τὴν ἐς τοὺς ἀγῶνας τῶν τε ἵππων καὶ αὐτῶν μελέτην τῶν ἱππέων. Iidem mercaturæ maxime operam dabant: tum metallis etiam abundabat Thessalia, laudanturque ejus aurifodinæ. Justin. viii. 3. Diodor. xvi. 8. Athenæus autem (xiv. p. 663.) sumptuosissimos Græcorum Thessalos fuisse affirmat. Ironice vero, ut solet, Socrates loquitur, quum dicit, jam et *sapientia* præstare. Certe Plutarch. de Aud. Poet. narrat Simonidem interrogatum, quare solos Thessalos non deciperet, dixisse: ἀμαθέστεροί εἰσιν, ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Ged. Ab ipso Platone, in Critone 15. Thessali arguuntur intemperantiæ et legum incuriæ; quæ vitia e divitiis et inscitia fere oriuntur. Biest.

Ἀλευαδῶν] Aleuadæ in Thessalia principes erant. De quibus vid. imprimis Herodot. vii. 6. Ruhnk. ad Tim. Lexic. p. 22. Schneid. in Add. ad Aristot. Polit. p. 494. Larissa præcipua eorum sedes. Suidas: Ἀλευάδαι οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι, ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες. Regem autem hunc ad fabulosa tempora remittendum esse, facile persuadebunt quæ de eo

πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο τὸ[e] ἔθος ὑμᾶς εἴθικεν, ἀφόβως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀποκρίνεσθαι ἐάν τίς τι
II. i. 326. ἔρηται, ὥσπερ εἰκὸς τοὺς εἰδότας, ἅτε καὶ αὐτὸς[f] παρέχων αὑτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ ὅ τι[g] ἄν τις βούληται,[h] καὶ οὐδενὶ ὅτῳ[i] οὐκ[j] ἀποκρινόμενος. ἐνθάδε δέ,[k] ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέστηκεν· ὥσπερ αὐχμός τις
II. 71. τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει ἐκ τῶνδε τῶν τόπων[l] παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι ἡ[m] σοφία. εἰ γοῦν τινὰ ἐθέλεις[n] οὕτως ἐρέσθαι[o] τῶν ἐνθάδε, οὐδεὶς ὅς τις οὐ γελάσεται καὶ ἐρεῖ· Ὦ ξένε, κινδυνεύω σοι δοκεῖν μακάριός τις[p] εἶναι, ἀρετὴν γοῦν, εἴτε διδακτὸν εἴθ' ὅτῳ τρόπῳ παραγίγνεται εἰδέναι· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω, εἴτε διδακτὸν εἴτε μὴ διδακτὸν εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ ὅ τί ποτ' ἐστὶ τὸ παράπαν ἀρετὴ τυγχάνω εἰδώς. [§. 2.] Ἐγὼ οὖν καὶ αὐτός, ὦ Μένων, οὕτως ἔχω· συμπένομαι τοῖς πολίταις τούτου τοῦ πράγματος, καὶ ἐμαυτὸν καταμέμφομαι ὡς οὐκ εἰδὼς περὶ ἀρετῆς τὸ παράπαν· ὃ δὲ μὴ οἶδα τί ἐστι,[q] πῶς ἂν ὁποῖόν γέ τι εἰδείην; ἢ[r] δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι, ὅς τις Μένωνα μὴ γιγ-

ΣΦ et pr Γ.—[g] ὅ τι...Μένων om Γ.—[h] βούλοιτο Γ.—[i] οὕτω Υ.—[j] οὐκ om ΣΥ.—[k] δὲ om ΣBC et pr F.—[l] τρόπων Υ.—[m] ἡ om Σ.—[n] ἐθέλοις Υ.—[o] ἐρέσθαι ΧΔ.—[p] τις pr Υ.—[q] τι ἐστι om Cr.—[r] ἢ ΓΔΞΣΥΠ.—[s] γιγνώσκει FBErt, γινώσκει ΧΔΗΞ

narrantur apud Ælian. H. A. viii. 11. Buttm.

*οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀποκρίν.*] Hanc Gorgiæ confidentiam, immo impudentiam, sæpius commemorat Cicero ap. v. de Fin. ii. 1. de Orat. i. 22. iii. 32. item Quinctil. ii. 21. xii. 11. Neque hanc ejus morem neglexit Plato in cognomini dialogo, cujus initio statim eadem Gorgiæ proditur. Peragrabat autem rhetor ille Leontinus universam Græciam, et ubique ἔπειθε τῶν νεῶν τοὺς γενναιοτάτους καὶ πλουσιωτάτους, ut in Theage loquitur Plato. Idem in exordio Hippiæ Majoris tradit Athenas illum a Leontinis legatum missum esse. Præcipue tamen in Thessalia commoratus est, teste Cicerone, qui (Orat. 52.) senem in Thessalia ab Isocrate auditum esse narrat. Ged.

*μακάριος*] Non *beatus*, sed *deus* aliquis. Dii enim *κατ' ἐξοχὴν* dicuntur *μάκαρες* et *μακάριοι*. Eodem modo de incerta ac difficili quæstione Cicero loquitur: 'harum sententiarum quæ vera sit, *deus aliquis* viderit.' Tuscul. i. 11. Ged.

*τοσοῦτον δέω*] Ex eo quod *πολλοῦ δέω*, *ὀλίγου δέω* sic genitivo casu semper dicitur, recte mihi videor jam olim collegisse, scribendum esse etiam *τοσούτου δέω εἰδέναι*. Sed cum tertium quoque casum inveniam apud Isocr. Bus. 2. *τοσούτῳ δέω κεχρῆσθαι*, pro quo reposuit quidem genitivum Coraës sed sine codd. ut videtur; cumque e sequioris tamen ævi scriptoribus Stephanus in Thes. afferat etiam *τοσοῦτον*: minus confidenter illud pronuntio. Neque tollit incertitudinem Lucianus: Nigr. 26. *τοσούτου δέων ὀρέγεσθαι*: Piscat. 29. *τοσούτου δέω ἔξαρνος γενέσθαι*: sed Icaromen. 5. *τοσοῦτον ἐδέησάν με ἀπαλλάξαι*: ad quos locos nihil varietatis adnotatum est. Exempla autem verbi *ἀποδέω*, quæ attulit Ullrichius, minus huc valent, quia alium jam genitivum additum habent (*τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι* Axioch. p. 372. B.). Buttm.

§. 2. *ἢ*] Vulgatum *ἢ* Be. e codd.

γνώσκει[s] τὸ παράπαν ὅς τίς ἐστι, τοῦτον[t] εἰδέναι εἴτε καλὸς εἴτε πλούσιος εἴτε καὶ γενναῖός[u] ἐστιν, εἴτε καὶ τἀναντία τούτων; δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε. ἀλλὰ σύ,[v] ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς οὐδ' ὅ τι ἀρετή ἐστιν οἶσθα, ἀλλὰ ταῦτα περὶ σοῦ καὶ οἴκαδε ἀπαγγέλλωμεν;[w]

ΣΩ. Μὴ μόνον γε, ὦ ἑταῖρε, ἀλλὰ[x] καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλῳ II. i. 327.
πω[y] ἐνέτυχον εἰδότι, ὡς ἐμοὶ δοκῶ.

ΜΕΝ. Τί δαί;[z] Γοργίᾳ οὐκ ἐνέτυχες ὅτε ἐνθάδε ἦν;

ΣΩ. Ἔγωγε.

ΜΕΝ. Εἶτα οὐκ ἐδόκει σοι εἰδέναι;

ΣΩ. Οὐ πάνυ εἰμὶ μνήμων, ὦ Μένων, ὥστε οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι πῶς μοι τότε ἔδοξεν. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνός τε οἶδε, καὶ σὺ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγεν· ἀνάμνησον[a] οὖν με πῶς ἔλεγεν. εἰ δὲ βούλει,[b] αὐτὸς εἰπέ· δοκεῖ γὰρ δή που σοὶ ἅ περ ἐκείνῳ.

ΥCF: γιγνώσκῃ s.—[t] τοῦτον ΞΛΔΠΣΥΖbt cum corr Γ et mg F, τούτων ΒCΦr et pr F: τοῦτο s.—[u] καὶ ante γενναῖος om bt.—[v] ἀλλὰ καὶ σὺ ΞΥ.—[w] ἀπαγγέλλομεν b, ἀπαγγέλλωμεν Ξs.—[x] ἀλλὰ om pr Δ.—[y] πω om pr Ξ.—[z] δαί ΞΔ.—[a] ἀνάμνησον... ἔλεγεν om ΓΒCΕΦr.—[b] δὲ βούλει ΞΓΥΒCΕΦrbt: δὲ μὴ βούλει [c]s.—[c] scribe μέντοι

mutavit in ἦ. Quanquam ad hanc emendationem codicum opus non erat. Vocula ἦ enim quoties ita posita est ut interrogationem aliquam a superiori sermone sejungat, in codd. et in editis corrupta plerumque est in ἢ. Nam vulgus librariorum nonnisi interrogationem sentiebant, de junctura, qua sermo in talibus carere non potest, securi. Vid. Heind. ad Parmen. §. 22. et add. infra ad Crit. 1. Buttm.

τοῦτον εἰδέναι] Antea τοῦτο εἰδέναι, quod per se non malum sed in nullo cod. inventum cedere debuit lectioni τοῦτον, cujus accusativi omissio in prosa durior. Buttm.

δοκεῖ σ. ο. εἶναι] Ultima hæc verba ex proxime antecedentibus mihi repetita videntur ab oscitante librario. Sensum impediunt. Saltem post τούτων major interpunctio facienda, ut jam Socrates quæstionem suam: num id videatur fieri posse, iteret. Ged.

De repetitis in hunc modum interrogationis verbis vid. Heind. ad Charm. 33. Buttm.

ἀπαγγέλλωμεν] Quamvis autem in uno tantum codice hanc ex Aldina propagatam scripturam invenerit Bekker, ceteri omnes dent ἀπαγγέλλ. illud tamen retinui tum quod aoristum aptius videbatur, tum quod proclivior ab hac forma in alteram lapsus. Buttm.

ἐνέτυχον] Usus Atticus voluit ut ἐντυγχάνειν sensu conveniendi ad colloquendum usurparetur. Demosth. de F. L. p. 396. 8. αὐτὸς δὲ ἰδίᾳ πάντα τὸν χρόνον ἐντυγχάνων οὐδ' ὁτιοῦν ἐπαύσατο Φιλίππῳ. Sic itaque intell. Xen. Mem. iii. 6. 2. Ἐντυχὼν γὰρ αὐτῷ—convenit enim—. Confer. ἐντυγχάνειν βιβλίῳ legere ad Lys. §. 24. ubi vid. Heind. Buttm.

Γοργίᾳ] Gorgias Leontinus Athenas missus Ol. 88. 2. vid. Diod. xii. 53. Buttm.

εἰ δὲ βούλει] Vulgo εἰ δὲ μὴ βούλει, quæ codicum aliquot lectio a malo correctore profecta est. Alterum, εἰ δὲ βούλει, aut si mavis, magis est e more Græcorum. Vid. Wolf. ad Xen. Hell. i. 7. 23. (10.) in Epist. ejus ad Schneiderum hujus editioni priori præfixa p. 118. Buttm.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἐκεῖνον μὲν τοίνυν[c] ἐῶμεν, ἐπειδὴ καὶ ἄπεστι· σὺ δὲ αὐτός, ὦ πρὸς θεῶν Μένων, τί φὴς ἀρετὴν εἶναι; εἰπὸν[d]

νῦν cum ΧΔ.—[d] εἶπον ΧΓΞΣΥΒCEF, eumque accentum recte tuetur Buttmannus.—

εἶπον] Imperativi formam εἰπόν, minus usitatam illam quam alteram εἰπέ, grammatici hodie omnes sic, cum acuto in ultima, scribere præcipiunt. Et sane Eustathius ad Od. β. 85. (p. 82. Basil.) Ælium Dionysium testem laudans, de Attica consuetudine ita: καὶ τὰ προστακτικὰ δὲ ἀμφοτέρως, εἰπέ καὶ εἰπόν ὀξυτόνως. Explicatius autem de eadem re traditum non inveni præterquam apud Etym. M. in voce (p. 302.) et in Hortis Adonidis fol. 46. quibus locis consona quædam leguntur, quæ nunc comperi esse Chœrobosci. Cujus ipsa verba excerpta ex ejus scholiis ad Theodosii canones, unde alia permulta dedit Bekker in Anecdd. t. iii. p. 1180 sqq. ab eodem mecum communicata hic apponam ut integrius et emendatius quam utroque illo loco legantur. (Cod. fol. 264. v.) Φησὶν ὁ γραμματικὸς Ἰωάννης ὁ Χάραξ ὅτι τὸ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ προστακτικὸν ὀξυτόνως λεγόμενον, οἷον εἰπόν ἀντὶ τοῦ εἰπέ, δευτέρου ἀορίστου ἐστὶ κατὰ τὴν Συρακουσίων γλῶσσαν γενόμενον. καὶ γὰρ οἱ Συρακούσιοι μεταποιοῦντες εἰς ον τὰ προστακτικὰ τοῦ δευτέρου ἀορίστου τὸν τόνον φυλάττουσι τῶν κοινῶν προστακτικῶν, οἷον νύγε νύγον, λάβε λάβον, καὶ τὸ ἄνελε ἄνελον. εἰ οὖν εἰπέ ὀξυτόνως, δῆλον ὅτι καὶ εἰπόν κατὰ Συρακουσίους ὀξυτόνως. τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν βαρυνόμενον ἐν τῷ Μενάνδρῳ, Εἶπον δὲ, τί ποιεῖν μέλλετε, ἀντὶ τοῦ εἰπέ, πρώτου ἀορίστου, ἀπὸ τοῦ εἶπα, προστακτικόν ἐστιν, ὥσπερ ἔτυψα τύψον, ἔγραψα γράψον. Apparet hinc, traditam fuisse e bonis scriptoribus formam imperativi εἶπον, fuisse autem qui scribendum docerent εἰπόν, quippe non a primo aoristo hanc formam deducentes, sed a secundo, ob dialectum aliquam Syracusanorum, qui ab aliis quoque secundis aoristis imperativum non in ε sed in ον formare solerent. Quod cum fieret servato formæ communis tono, ut λάβε—λάβον, inde demonstrabant illi pronuntiandum etiam esse εἰπόν, quoniam communis forma sit εἰπέ. Quod fragile sane est argumentum. Tamen non modo in libris de grammatica quibus hodie utimur sed in editionibus etiam scriptorum antiquorum hic verbi εἰπόν accentus tanquam solus legitimus exhibetur. Verum nisi me omnia fallant, in editis certe soli id Stephano debemus. Nam in loco Platonis nostro εἶπον est in Aldina et in Basileensi utraque: εἰπόν editur inde a Stephano. Idem factum in Theocrito xiv. 11. ubi vid. nott. Reisk. Harl. Kiessl. Legitur εἰπὸν in fragmento Dorico Pythagorei incerti apud Gal. p. 708. sed illud editum primum est cum aliis Pythagoreorum fragmentis ab H. Steph. Denique septies allegatur forma εἰπόν ex epigrammatis Anthologiæ. Jam vero horum antiquissimum, quod est Simonidis (Brunck. Anal. n. 140.) in Anthologiæ editionibus prodiit primum in Stephaniana Planudeæ; at idem est etiam in fragmentis Lyricorum F. Ursini, ubi legitur εἶπον. Tum Meleagri ep. 122. Asclepiadis 39. Q. Mæcii 3. omnes in nostras anthologiæ edd. migrarunt per eandem Stephanianam; tria alia autem, Posidippi 10. Stratonis 60. Argentarii 5. a recentioribus primum edita sunt, qui jam aliam imperativi hujus formam legitimam non noverant nisi εἰπόν. In omnibus autem hisce carminibus enotatam tum e codice omnium principe Palatino, tum ex Edd. antiquis invenio formam εἶπον. Vid. ad Meleag. 122. Jacobsii Nott. Crit. p. 339. num. 470. ad Mæc. 3. ib. p. 79. n. 180. ad Argentar. 25. ib. p. 623. n. 732. ad Posid. 10. et ad Strat. 60. Paulssen. Append. p. 76. n. 168. et 218. ad Asclep. 39. autem Jacobs. Animadvv. i. 2. p. 56. Adde Stratonis Epigr. 54. in quo Jacobsius in postrema demum ed. εἰπὸν reposuit pro codicis et priorum editionum omnium scriptura εἶπον. Plane idem accidit in loco qui hanc formam offert omnium antiquissimo, Pind. Ol. vi. 156. Ibi enim Bœckhius, non codices, sed rationem grammaticam, quæ ut certa hucusque obtinuit, secutus εἰπόν reposuit, ut sibi ipsi videbatur, primus. Itaque mirabar, quid Stephano in hoc auctore accidisset: sed conjecturam meam egregie confirmatam inveni. Nam Stephanianarum prima quidem, anni 1560. antiquam exhibet scripturam εἶπον; secundam 1566. in qua haud pauca novata esse traditur,

καὶ μὴ φθονήσῃς, ἵνα εὐτυχέστατον ψεῦσμα ἐψευσμένος ὦ, ἂν φανῇς σὺ μὲν εἰδὼς καὶ Γοργίας, ἐγὼ δὲ εἰρηκὼς μηδενὶ πώποτε εἰδότι ἐντετυχηκέναι.

inspicere non contigit; sed tertia 1586. quæ Heynio (Præf. p. 42.) teste secundam ad verbum expressit, obtulit mihi Stephanianum illud εἰπόν: quod tamen statim inde a quarta, anni 1600. quam Paulus Stephanus curavit, cessit antiquæ rursus lectioni εἶπον. Aliunde oxytonum εἰπὸν enotatum non inveni nisi e libris sacris et ecclesiasticis. Vid. Maittair. p. 221. c. Fisch. ad Well. ii. p. 383. eoque spectant verba Chœrobosci supra allata. Esse autem hanc imperativi formam, quicunque sit ejus accentus, neutiquam peculiarem Doriensibus, epigrammata allata jam demonstrant. Sed ut omnino, ita in Atthide quoque rara est eadem. Legitur autem præter Menandri locum a Chœrobosco allatum in Eurip. Ione 331. Τίς; εἶπον. Qui solus locus est, quo a recentissimo etiam editore accentus non mutatus est: tum ex vulgata quidem lectione in Aristophanis Eccl. 256. loco multum sollicitato, ubi Dindorfius primus imperativum agnovit, at vulgatam opinionem sequens εἰπὸν scripsit pro librorum εἶπον. Quanquam eo loco nondum velim confidentius uti quenquam. Nam optativus εἴποιμ', quem unus codex præbet, omisso ἂν (non est enim cur, cum Brunckio, inseramus) mihi quoque aptior videtur. Addatur Atticis poetis Chalcidensis et posterioris ævi, sed scenicus tamen, Euphorio, cujus fragmentum apud Athen. xi. p. 503. certissime emendavit Schweighæuser. Nam cum in codd. ibi scriptum sit sine sensu, Τί δεῖ ποιεῖν; Εὖ γὰρ εἶπον, ὥσπερ χρυσίου κ. τ. ε. ille veram utique scripturam perspexit Σὺ γὰρ εἶπον. Denique prosarium quoque exemplum prostat in varietate lectionis ad Xenoph. Mem. iii. 6. 3. ubi pro εἰπὲ ἡμῖν, alterum quod in edd. ant. et parte codicum est, εἶπον, utique præferendum est; non quo 'frequentatum hoc sit a Xenophonte,' ut imperite Gailus ait, sed quoniam rarior et proba tamen lectio a librariis profecta esse non potest. Quod autem Schneider librorum illam lectionem scripsit ita, εἰπόν, illud ex tacita ejus est correctione. Nam in antiquis edd. est εἶπον; Parisiensium autem librorum lectiones magno eruditorum tædio etiamnum petendi sunt in inficetissima omnium Gaili editione, cujus annotatio sine accentibus græca omnia exhibet. Non est igitur cur in nostro Platonis loco rariorem sane formam imperativi miremur. Accentum autem εἶπόν ex octo eorum codicum, quos Parisiis contulit, enotavit Bekker: Italicos suos siluit, non, opinor, quo hi tres in scriptura Stephaniana εἰπὸν conspirarent; sed quia ad minutiora ista vel diligentissimus non semper attendit. Quare etiam Vaticanum 1. qui est inter novem Lutetiæ collatos, quemque itidem silet Bekker, εἰπὸν habere non putem, maxime ideo quod in Clarkiano, qui in plerisque cum illo conspirat, εἶπον legitur. Itaque non dubitavi hanc codicum lectionem nunc demum Platoni quoque restituere. Proliaior autem fui in re pertenui, quoniam quæcunque in grammaticis institutionibus dudum tradita sunt abjici leviter non debent. Quare hoc etiam addo, in aliis quos viderim grammaticorum antiquiorum relationibus, ubique εἶπον me, nusquam illud Characis εἰπὸν invenisse: ut in Lascaris Grammatica lib. iii. apud Suidam, Orionem, Zonaram in voce; et in Arcadii libro de Accentibus p. 169. ubi diserte ita: Τὰ εἰς ον προστακτικὰ τοῦ πρώτου ἀορίστου—δισύλλαβα παροξύνονται ἢ προπερισπῶνται κατὰ τοὺς κανόνας, νεῖμον, κρῖνον, εἶπον ἀντὶ τοῦ εἰπέ, τύψον, λέξον, γράψον. Neque est cur servandum alterum accentum putet quis ob utilitatem, quem præbeat in similitudine primæ sing. et 3. pl. indicativi, sicut eodem modo εἰπὲ distinguitur ab indicativo εἶπε. Non enim ideo invectus est accentus iste εἰπέ: sed fuit multarum aoristi 2. formarum quædam in extremas syllabas propensio, quam cognoscimus in hisce λαβὼν, λαβεῖν, λαβέσθαι, εἰπὼν, εἰπεῖν, cet. eaque imperativis quoque ejusdem temporis quibusdam vulgatioribus, ut εἰπὲ, ἰδὲ, ἰδοῦ, se communicavit, atque sic commoditatem illam sane præbet. Neque ego profecto mirarer si ad hujus quasi imitationem similis accentus etiam in altero hoc εἰπόν prævaluisset; immo factum hoc videtur revera posteriori tempore juvantibus, opinor, grammaticis: unde paucula illa apud recentiores exempla. Conf. autem præterea Schæfer ad Dionys. de Comp. p. 436. Lobeck. ad Phrynich. p. 348. BUTTM.

εἶναι, εἶπον] Interpunxi autem, ut jam

§. 3. ΜΕΝ. Ἀλλ' οὐ χαλεπόν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν. πρῶτον μέν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετήν, ῥᾴδιον, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀνδρὸς ἀρετή, ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθρούς[f] κακῶς, καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν. εἰ δὲ
II. i. 328. βούλει, γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπόν[g] διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτήν[h] τήν[i] οἰκίαν εὖ οἰκεῖν,[j] σώζουσάν τε τὰ ἔνδον καὶ κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ ἄλλη ἐστὶ παιδὸς ἀρετή, καὶ θηλείας καὶ ἄῤῥενος, καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρός, εἰ μὲν βού-
II. 72. λει, ἐλευθέρου, εἰ δὲ βούλει, δούλου. καὶ ἄλλαι πάμπολλαι ἀρεταί εἰσιν, ὥστε οὐκ ἀπορία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι ὅ τι ἔστι. καθ' ἑκάστην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν[k] πρὸς ἕκαστον ἔργον ἑκάστῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐστιν. ὡσαύτως δέ,[l] οἶμαι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἡ κακία.

ΣΩ. Πολλῇ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι,[m] ὦ Μένων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρὰ

[e] εὐτυχέστατος 𝔯.—[f] ἐχθροὺς δὲ Γ.—[g] χαλεπῶς 𝔯.—[h] αὐτῆς ΣΥ𝔯.—[i] τὴν om pr Δ.—[j] διοικεῖν mg F, om ΣΥ.—[k] ἡλικιωτῶν pr 𝔯.—[l] δὲ om Σ.—[m] χρῆσθαι 𝔡.—[n] πέρι

olim monuerat Heindorfius ad Theætet. §. 2. simplici virgula post *εἶναι*, pro signo interrogationis. Junge: *εἰπον, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι*, ut infra 7. init. *τί ποτε οὖν τοῦτο, οὗ τοῦτο ὄνομά ἐστι τὸ σχῆμα, πειρῶ λέγειν*. Buttm.

*σμῆνος*] Socrates non laudat Menonem, quod ipse multis virtutibus *ornatus* sit; sed *εἰρωνικῶς*, quod tam magnam virtutum multitudinem *detexerit et enumerarit*. Hinc mihi legendum videtur: *παρὰ σοῦ κινουμένων* vel *κεκινημένων, a te excitatæ*. Atque ita sine dubio Plutarchus legit, qui in exordio scripti de Πολυφιλίᾳ t. ii. p. 93. B. ex hoc ipso dialogo sumpto, Socratem Menoni multas virtutes nominanti ita respondisse dicit: *εὖγε, ὅτι μίαν ἀρετὴν ἐρωτηθεὶς σμῆνος ἀρετῶν κεκίνηκας*. Ged. Satis quidem hæc opinio commendationis habere videatur, si animadvertamus, huc respexisse Themistium quoque Or. i. p. 5. A. *ὁρᾶτε οὖν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο ῥῆμα διακρούοντί μοι ἅπας ὁ τῶν ἀρετῶν ἑσμὸς ὑποφθέγγεται*. Non tamen eo adduci possum, ut repudiandam vulgatam existimem. Acquiesco in *κειμένων*. Nihil enim, quod reprehendam ac de vitio suspicer, in hac lectione reperio: et quod Plutarchi attinet ac Themistii auctoritatem, sententiam illi non verba memorarunt. Et vero utriusque elegantissimum dictum colorem duxisse videtur ex Rep. v. p. 450. A. *Οὐκ ἴστε ὅσον ἑσμὸν λόγων ἐπεγείρετε*, unde profecit quoque Porphyrius de Abstin. i. c. 34. p. 58. *Ἐξ ὧν αἱ μνῆμαι καὶ αἱ φαντασίαι, εἴτε δόξαι ἀθροιζόμεναι ἑσμὸν τῶν παθῶν ἐγείρουσαι*. Eleganter etiam hoc sensu simpliciter ponitur *κινεῖν* et *ἐγείρειν*. Theæt. p. 184. A. *Ἄλλως τε καὶ ὃ νῦν ἐγείρομεν, πλήθει ἀμήχανον*. Cratyl. p. 411. A. *Ἐγείρεις μὲν, ὦ ἑταῖρε, οὐ φαῦλον γένος ὀνομάτων*. Phileb. p. 36. D. *Λόγον μέντοι τινὰ κινδυνεύομεν οὐ πάνυ σμικρὸν ἐπεγείρειν*. Sympos. p. 198. E. *Πάντα λόγον κινοῦντες*. Aristocles apud Euseb. Præp. Evang. xi. 3. p. 510. C. *Ἐριστικοὺς κινήσαντες λόγους*· et paulo post: *πάντα δὲ ἐγείρων λόγον καὶ περὶ πάντων ζητῶν*. Cf. Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 83. Heusd. Atqui meminisse jam olim debebamus non solum de examine excitato et migrante, sed de alveario deque apum in eo degantium multitudine, et quidem frequentius fortasse, *σμῆνος* usurpari. Vid. Hesiod. Theog.

σοὶ κειμένων. ἀτάρ, ὦ Μένων, κατὰ ταύτην τὴν εἰκόνα τὴν περὶ τὰ σμήνη, εἴ μου ἐρομένου μελίττης περὶ[n] οὐσίας ὅ τί ποτ' ἔστι, πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἔλεγες αὐτὰς[o] εἶναι,[p] τί ἂν ἀπεκρίνω μοι,[q] εἴ σε ἠρόμην, Ἆρα τούτῳ φῂς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἶναι καὶ διαφερούσας ἀλλήλων, τῷ μελίττας εἶναι; ἢ τούτῳ[r] μὲν οὐδὲν διαφέρουσιν, ἄλλῳ δέ τῳ, οἷον[s] ἢ κάλλει ἢ μεγέθει ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τοιούτων; εἰπὲ τί ἂν ἀπεκρίνω οὕτως ἐρωτηθείς;

ΜΕΝ. Τοῦτ' ἔγωγε, ὅτι[t] οὐδὲν διαφέρουσιν, ᾗ μέλιτται εἰσίν, ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας.

ΣΩ. Εἰ οὖν εἶπον μετὰ ταῦτα, Τοῦτο τοίνυν μοι αὐτὸ II. i. 329.
εἰπέ, ὦ Μένων· ᾧ οὐδὲν διαφέρουσιν ἀλλὰ ταὐτόν εἰσιν ἅπασαι, τί τοῦτο φῂς εἶναι; εἶχες δή πού ἄν τί μοι[u] εἰπεῖν;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

§. 4. ΣΩ. Οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν[v] ἀρετῶν, κἂν εἰ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί εἰσιν, ἕν γέ τι εἶδος ταὐτὸν ἅπασαι ἔχουσι δι' ὃ εἰσὶν ἀρεταί, εἰς ὃ καλῶς που ἔχει ἀποβλέ-

om Σ.—[o] αὐτὰς om F.—[p] εἶναι ante ἔλεγες ponit Γ.—[q] με EF.—[r] τοῦτο 𝔯.—[s] οἷον om 𝔟.—[t] ὅτ' ΗΣΤ𝔯.—[u] μου Σ.—[v] τῶν om pr E.—[w] ἀποκρινάμενον 𝔛ΓΔBC

594. Xenoph. Anab. ii. 8. 20. de pago quodam: τὰ δὲ σμήνη πολλὰ ἦν αὐτόθι. Plutarchus imaginem variavit. Buttm.

εἴ μου ἐρομ.—εἴ σε ἠρόμην] De duobus hisce εἰ, ut vere observat Stallbaumius, alterum ab altero pendet et duplicem quasi protasin efficit, cujus apodosis est interrogatio τί ἂν—. Nam hic verus est sensuum ordo: εἴ μου ἐρομένου—παντοδάπας ἔλεγες εἶναι, εἴ σε ἠρόμην, ἆρα—μελίττας εἶναι· τί ἂν ἀπεκρίνω μοι; Quem ordinem revera habes in loco alioqui simillimo Protag. 311. C. ubi Heindorfius monuit de triplici etiam εἰ quod est in hoc nostro dialogo infra §. 6. A. Neque obloquor Stallbaumio virgula potius, quam colo distinctum volenti post αὐτὰς εἶναι: sed soleo in talibus non logicam rationem sequi, sed perspicuitatem, quæ persæpe juvatur quando in loquendo dirimimus etiam ea, quæ logice cohærent. Hic autem hæc τί ἂν α. μ. artius cohærent cum sequenti εἰ quam cum superiori. Buttm.

περὶ οὐσίας] Memoranda est lectio Cod. Ven. qui præpositionem omittit, ut dictio sit, ἐρέσθαι μελίττης οὐσίας ὅ,τι ποτ' ἐστί: de qua forma loquendi, prosæ quoque scriptoribus usitata vide mea ad Soph. Philoct. 439. Unum tamen codicem, neque e primariis illum, nolim quenquam sequi. Buttm.

ἔλεγες] Hic et in proximis mirum in modum alternant imperfecta cum aoristis: ἔλεγες—ἀπεκρίνω—ἠρόμην (aor. 2.)—ἀπεκρίνω—εἶπον—εἶχες: et eodem modo infra 22. B. εἰ μὲν ἐγὼ ἦρχον, οὐκ ἂν ἐσκεψάμεθα: quibus alia addit Heindorf. ad Gorg. 3. et 149. omnia tamen in verbis hisce loquendi, respondendi, inquirendi. Sic autem de his videtur statuendum: Imperfectum quidem consuetudinem servare: est enim hic ἔλεγες de eo quod nunc fieret, si fieret: aoristum vero hic non esse præteritum, sed actionem indicare intra temporis momentum absolutam. Buttm.

§. 4. κἂν εἰ] Nota formulam κἂν εἰ sequentibus indicativis. In trita enim hac loquendi forma vocula ἂν vim suam, qua tollit certitudinem, plane amisit. Cf. Heind. ad Sophist. §. 69. Buttm.

ψαντα τὸν ἀποκρινάμενον[w] τῷ ἐρωτήσαντι ἐκεῖνο δηλῶσαι ὃ τυγχάνει οὖσα ἀρετή. ἢ οὐ μανθάνεις ὅ τι λέγω;

ΜΕΝ. Δοκῶ γέ μοι μανθάνειν, οὐ μέντοι ὡς βούλομαί γέ πω κατέχω τὸ ἐρωτώμενον.

ΣΩ. Πότερον δὲ περὶ ἀρετῆς μόνον σοι οὕτω δοκεῖ, ὦ Μένων, ἄλλη μὲν[x] ἀνδρὸς εἶναι, ἄλλη δὲ γυναικὸς καὶ[y] τῶν ἄλλων, ἢ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ περὶ μεγέθους καὶ περὶ[z] ἰσχύος ὡσαύτως; ἄλλη μὲν ἀνδρὸς δοκεῖ σοι εἶναι ὑγίεια, ἄλλη δὲ γυναικός; ἢ ταὐτὸν πανταχοῦ[a] εἶδός ἐστιν, ἐάν περ[b] ὑγίεια ᾖ,[c] ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ ἐάν τε ἐν ἄλλῳ ὁτῳοῦν ᾖ;

ΜΕΝ. Ἡ αὐτή μοι δοκεῖ ὑγίειά γε[d] εἶναι καὶ[e] ἀνδρὸς καὶ γυναικός.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ μέγεθος καὶ ἰσχύς; ἐάν περ ἰσχυρὰ
II. i. 330. γυνὴ ᾖ, τῷ αὐτῷ εἴδει καὶ τῇ αὐτῇ ἰσχύϊ ἰσχυρὰ ἔσται; τὸ γὰρ τῇ αὐτῇ τοῦτο λέγω· οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ ἰσχὺς εἶναι ἡ[f] ἰσχύς, ἐάν[g] τε ἐν ἀνδρὶ ᾖ[h] ἐάν τε ἐν γυναικί. ἢ[i] δοκεῖ τί σοι διαφέρειν;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε.

VI. 78. ΣΩ. Ἡ δὲ ἀρετὴ πρὸς τὸ ἀρετὴ εἶναι διοίσει τι, ἐὰν

Er, ἀποκρινόμενον ΞΣΥFbt : ἀποκρινούμενον s.—[x] ἄλλη μὲν om pr r.—[y] καὶ ante τῶν om C, ante περὶ om r.—[z] περὶ om Cr.—[a] πανταχοῦ ℵΓΔΞΣΥBCrbt et fortasse F : πανταχῇ *s.—[b] ἄνπερ Δ.—[c] εὐ F.—[d] γε Wolfius, om b : τε *s.—[e] καὶ om b.—[f] ἡ ΓΞΣΥBCEFrt : ᾗ s.—[g] ἰσχὺς εἰ ἂν ℵΔ.—[h] ᾗ post γυναικὶ ponit b.—[i] ἡ ΔΞ

*τὸν ἀποκρινόμενον*] Vulgatum hucusque erat *ἀποκρινούμενον*: quod, ut manuscriptorum collatio nunc docuit, mera est nescio cujus emendatio: quanquam Ficinus quoque futurum expressit. De eo qui jam respondendi quasi munere fungitur præter futurum nonnisi præsens aptum huic loco videbatur. Buttm.

*πότερον δὲ περὶ ἀρ.*] Levis anacoluthia est in his *Πότερον δὲ περὶ ἀρετῆς—δοκεῖ, ἄλλη μὲν ἀνδρὸς εἶναι, ἄλλη δὲ—*. Infinitivus enim accusativum *ἄλλην* requirebat. Sed mente repetendum solum *δοκεῖ*, ut in proximis etiam expressum est. Buttm.

*καὶ ἰσχύος*] Vulgo *καὶ περὶ ἰσχ.* Præpositionem cum duob. codd. quamvis non e primariis, omisi. Cf. proxime sequentia, quibus *μέγεθος καὶ ἰσχὺς* ita copulantur ut unum efficiant. Buttm.

*τε εἶναι*] Mendosum utique *τὲ* cum duplice *καὶ*, ubi nonnisi duæ res distinguuntur. Quare olim prius *καὶ* delendum esse conjeceram et voculam *τὲ* explicabam ex trajectione de qua vid. infra ad 41. Sed lenior est Bekkeri ratio *γὲ* reponentis. Buttm. qui sic in Addend. 'Bekkeri emendatio *ὑγίειά γε*, Stallbaumio teste, confirmatur codice Florentino: quare repositum id nunc vellem.'

*ᾗ ἰσχὺς*] In præced. edit. *ἡ ἰσχύς*. sed rectius *ᾗ ἰσχὺς*, ut hic. id est, *quatenus robur*. Fic. quoque ita videtur legisse, qui vertit, *Qua robur*. Malim etiam *οὐδὲν διαφέρειν*. Steph.

Tacite Biest. pristinam lect. restituit, sed recte, nam non dici idoneo sensu potuit *πρὸς τὸ l. εἶναι, ᾗ ἰσχ.* Beck.

τε ἐν παιδὶ ἢ[j] ἐάν τε ἐν πρεσβύτῃ, ἐάν τε ἐν γυναικὶ ἐάν τε ἐν ἀνδρί;

ΜΕΝ. Ἔμοιγέ πως δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, τοῦτο οὐκέτι ὅμοιον εἶναι τοῖς ἄλλοις τούτοις.

ΣΩ. Τί δαί;[k] οὐκ ἀνδρὸς μὲν ἀρετὴν ἔλεγες πόλιν εὖ διοικεῖν, γυναικὸς δὲ οἰκίαν;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οἷόν τε εὖ διοικεῖν ἢ πόλιν ἢ οἰκίαν ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, μὴ σωφρόνως καὶ δικαίως διοικοῦντα;

ΜΕΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἄν περ δικαίως καὶ σωφρόνως διοικῶσι, δικαιοσύνῃ[l] καὶ σωφροσύνῃ διοικήσουσιν;

ΜΕΝ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Τῶν αὐτῶν ἄρα ἀμφότεροι δέονται, εἴ περ μέλλουσιν ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνήρ, δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης.

ΜΕΝ. Φαίνονται.[m]

ΣΩ. Τί δαί;[n] παῖς καὶ πρεσβύτης μῶν ἀκόλαστοι II. i. 331.
ὄντες καὶ ἄδικοι ἀγαθοὶ ἄν ποτε γένοιντο;

ΜΕΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλὰ σώφρονες καὶ δίκαιοι;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Πάντες ἄρ' ἄνθρωποι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀγαθοί εἰσι· τῶν αὐτῶν γὰρ[o] τυχόντες ἀγαθοὶ γίγνονται.

ΜΕΝ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Οὐκ ἂν δή που, εἴ γε μὴ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἦν αὐτῶν, τῷ αὐτῷ ἂν τρόπῳ ἀγαθοὶ[p] ἦσαν.

ΜΕΝ. Οὐ δῆτα.

§. 5. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πάντων ἐστί,

ΞΥCrbt: ἢ *r.—[j] ᾗ om b.—[k] δαὶ ΧΓΔ.—[l] σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ ΞΣΥt.—[m] φαίνεται Γ.—[n] δαὶ Δ.—[o] δὲ F.—[p] τρόπῳ ἀγαθοὶ ἂν r.—[q] ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ΧΓΔΞΣ

**φαίνονται**] Multum interest inter φαίνεται et ἔοικε vel δοκεῖ. Illa voce collocutor utitur, si quaestio alterius *aperte vera est*: his, si *vera ipsi videtur*. Monendum id erat, ne forte crederent adolescentes, ad verissima quaeque in Platone dubitanter responderi. Ged. Illorum autem ἔοικεν et δοκεῖ prius indicat quod *consentaneum est*, hoc quod verum *videtur*. Buttm.

*πειρῶ εἰπεῖν καὶ ἀναμνησθῆναι τί αὐτό φησι Γοργίας εἶναι καὶ σὺ μετ' ἐκείνου.*

MEN. *Τί ἄλλο γ' ἢ ἄρχειν οἷόν τ' εἶναι τῶν ἀνθρώπων; εἴπερ ἕν γέ τι ζητεῖς κατὰ πάντων.*

ΣΩ. *Ἀλλὰ μὴν ζητῶ γε. ἀλλ' ἆρα καὶ παιδὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή,*[q] *ὦ Μένων, καὶ δούλου,*[r] *ἄρχειν οἵω τε*[s] *εἶναι τοῦ δεσπότου; καὶ δοκεῖ σοι ἔτι ἂν δοῦλος εἶναι ὁ ἄρχων;*

MEN. *Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ, ὦ*[t] *Σώκρατες.*

ΣΩ. *Οὐ γὰρ εἰκός, ὦ ἄριστε· ἔτι γὰρ καὶ τόδε σκόπει. ἄρχειν φὴς οἷόν τ' εἶναι. οὐ προσθήσομεν*[u] *αὐτόσε τὸ δικαίως, ἀδίκως δὲ μή;*

YBCrbt : *ἀρετὴ ἡ αὐτὴ* *s.—[r] *δούλῳ* corr b.—[s] *οἷῳτε* s.—[t] *ὦ* om EF.—[u] *προσθή-*

§. 5. *οἷῳτε εἶναι*] Dativus pendet a præcedenti *ἡ αὐτή*. *Num et servi virtus eadem tibi videtur, talis nimirum, qua domino imperare queat?* Sed displicet *τοῦ δεσπότου.* Non enim statim necesse est, ut servus imperans ipsi imperet *domino;* sed potest *pro domino*, et ab hoc constitutus, aliis servis imperare. Quare mallem *ἀντὶ δεσπότου.* Quæ sequitur quæstio: *δοκεῖ σ. ἔ. ἂ. δ. ε. ὁ ἄρχων;* eo spectat, ut Menoni repugnantiam inter servi et imperantis notionem ostendat. *Servus, si imperat, num adhuc servus esse tibi videtur?* Ged.

*οἵωτε*] Vulg. *οἵῳ τε.* Quo spectat hæc Wolfii observatio. 'Hisce verbis haud levius quam ipsi definitioni vitium inesse apparet. Dativus enim *οἷῳτε* nihil habet quo referatur, quoniam a pronomine *ἡ αὐτὴ* regi h. l. nequit: totumque membrum, *καὶ δούλου—δεσπότου*, novam interrogationem inepte et frigide orditur. Cui utrique molestiæ medebimur, sic lenissime corrigendo et tenore orationis continuando: *Ἀλλ' ἆρα καὶ παιδὸς ἀρετὴ ἡ αὐτή, ὦ Μένων, καὶ δούλου, ἄρχειν οἵωτε εἶναι τοῦ δεσπότου.*' Ingeniosa est Wolfii emendatio: quanquam recte Ullrichius non emendationem sed explicationem potius dicit, cum in notando et omittendo iota subscriptili nulla prorsus in manuscriptis neque regula sit neque observantia. Cujus rei maxime memorabilia exempla in omnium conspectum nuper produxi ex antiquissimo Iliadis codice Ambrosiano, ad calcem scholiorum in Odysseam p. 585. Ibi enim non modo sine illo dativus, sed cum illo dualis et prima præsentis inveniuntur. Itaque *οἵωτε* post Bekkerum ego quoque hic repræsentavi tanquam codicum lectionem quæ aliquam tamen explicationem admittat. Sed nihilominus eadem, quæ tanquam contra conjecturam olim dubia movi, nunc tanquam contra vulgatam lectionem mihi repetenda sunt. Quippe dualis forma, quando non duo homines ut certi et singuli simul agentes cogitantur, sed ideæ et genera eodem quo singuli nomine appellantur, mihi quidem prorsus incongrua videtur esse. Deinde, si hoc tanquam negligenter et brevitatis causa admissum feras; quid, quæso, puero, qui ætate hic dicitur, non servitute, cum domino? Immo vides scriptorem, quæ vera est brevitatis adhibendæ ratio, puerum prorsus amittere et in servo solo sermonem absolvere. Hoc autem fieri debet non ita ut nonnisi dominus nominetur: sed verba quoque, quibus hæc ejus mentio cum ceteris committitur, congruere debent. Itaque me quidem judice Plato tam paucis verbis contiguis, *ἄρχειν οἷουστε* (nam hoc est *οἷωτε*) *εἶναι τοῦ δεσπότου*, quando inde a verbo *εἶναι* tamen nonnisi servum in animo habuit, dicere non potuit, sed aut *οἷόντε* scripsit aut *οἷουτε*. Buttm.

*ἔτι γὰρ*] Non immerito offendit Stallb. in hoc altero *γάρ*. Non enim novum argumentum affertur, cur *τὸ ἄρχειν* non in quemvis cadat; sed nova objectio contra ipsum illud *ἄρχειν*. Quare apte legendum pro *γὰρ* suadet *δ' αὖ*, addi-

ΜΕΝ. Οἶμαι ἔγωγε· ἡ γὰρ δικαιοσύνη, ὦ Σώκρατες, II. i. 332.
ἀρετή ἐστιν.

ΣΩ. Πότερον ἀρετή, ὦ Μένων, ἢ ἀρετή τις;

ΜΕΝ. Πῶς τοῦτο λέγεις;

ΣΩ. Ὡς περὶ ἄλλου ὁτουοῦν. οἷον, εἰ[v] βούλει, στρογγυλότητος πέρι εἴποιμ' ἂν ἔγωγε ὅτι σχῆμά τί ἐστιν, οὐχ οὕτως ἁπλῶς ὅτι σχῆμα. διὰ ταῦτα δὲ οὕτως ἂν εἴποιμι, ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ σχήματα.

ΜΕΝ. Ὀρθῶς γε λέγων σύ, ἐπεὶ καὶ ἐγὼ λέγω οὐ μόνον δικαιοσύνην ἀλλὰ καὶ ἄλλας εἶναι ἀρετάς.

ΣΩ. Τίνας ταύτας; εἰπέ, οἷον καὶ ἐγὼ σοὶ εἴποιμι ἂν II. 74.
καὶ ἄλλα σχήματα, εἴ με[w] κελεύοις.[x] καὶ σὺ οὖν ἐμοὶ[y] εἰπὲ ἄλλας ἀρετάς.

ΜΕΝ. Ἡ ἀνδρία[z] τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ ἀρετὴ εἶναι καὶ σωφροσύνη καὶ σοφία καὶ μεγαλοπρέπεια καὶ ἄλλαι πάμπολλαι.[a]

ΣΩ. Πάλιν, ὦ Μένων, ταὐτὸν[b] πεπόνθαμεν· πολλὰς αὖ[c] εὑρήκαμεν ἀρετὰς μίαν ζητοῦντες, ἄλλον τρόπον ἢ νῦν δή· τὴν δὲ μίαν, ἣ διὰ πάντων τούτων ἐστίν, οὐ δυνάμεθα ἀνευρεῖν.

§. 6. ΜΕΝ. Οὐ γὰρ δύναμαί πω, ὦ Σώκρατες, ὡς σὺ ζητεῖς, μίαν ἀρετὴν λαβεῖν[d] κατὰ πάντων, ὥς περ ἐν[e] τοῖς ἄλλοις.

ΣΩ. Εἰκότως γε. ἀλλ' ἐγὼ προθυμήσομαι, ἐὰν οἷός II. i. 333.
τ' ὦ, ἡμᾶς προσβιβάσαι. μανθάνεις γάρ που ὅτι οὑτωσὶ

σομαι F.—[v] εἰ om F.—[w] με 𝔄ΓΔΞΣΥBCFbr: γε *r.—[x] κελεύεις Γb.—[y] ἐμοὶ om
ἂν
BEFr.—[z] ἀνδρεία 𝔄ΓΔΞΣΥ.—[a] πάμπολλοι b.—[b] ταὐτὰ Ξ, ταῦτα ΣΥr.—[c] ἂν F,

cente Ficino: *sed hoc rursus considera.* Buttm.

ἀδίκως δὲ μὴ] Interpungi potest ante μή, sive jungatur cum προσθήσομεν, sive cum οἴοντ' εἶναι. Sive hoc sensu, *non* (vel *nonne*) *addemus illuc* (i. ad illud quod dixisti) *juste: at injuste* (non addemus?) Sive ita exponatur, *addemus* (qui possit imperare) *juste, at injuste* (imperare non possit?) In præc. autem edit. male αὐτό σε. Steph.

αὖ εὑρήκαμεν] Struvius collatis verbis §. 3. σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν hic etiam αὖ ἀνευρήκαμεν scribere suadet. In codd. vestigia inveniuntur hæc: Paris. F. ἂν εὑρ. Coisl. οὖν εὑρ. Nos incerti an, quo ducunt codd. solum ἀνευρήκαμεν poneremus, an quo magis inclinabamus, Struvii rationem sequeremur, vulgatam intactam reliquimus. Buttm.

§. 6. ὥσπερ] Coisl. ὥσπερ καί, recte, opinor. Buttm.

προσβιβάσαι] An προβιβάσαι? Schneider.

ἔχει[f] περὶ παντός. εἴ τίς σε ἀνέροιτο[g] τοῦτο ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τί ἐστι σχῆμα, ὦ Μένων; εἰ αὐτῷ εἶπες ὅτι στρογγυλότης, εἴ σοι εἶπεν ἅπερ ἐγώ, πότερον σχῆμα ἡ στρογγυλότης ἐστὶν ἢ σχῆμά τι; εἶπες δή που ἂν ὅτι σχῆμά τι.

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν διὰ ταῦτα, ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ σχήματα;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ εἴ γε προσανηρώτα[h] σε ὁποῖα, ἔλεγες ἄν;[i]

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ αὖ εἰ περὶ χρώματος ὡσαύτως ἀνήρετο ὅ τι[j] ἐστι, καὶ εἰπόντος σου ὅτι τὸ λευκὸν μετὰ ταῦτα ὑπέλαβεν ὁ ἐρωτῶν,[k] πότερον τὸ λευκὸν χρῶμά ἐστιν ἢ χρῶμά τι; εἶπες ἂν ὅτι χρῶμά τι, διότι καὶ ἄλλα τυγχάνει ὄντα;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ εἴ γέ σε ἐκέλευε λέγειν ἄλλα χρώματα, ἔλεγες ἂν ἄλλα, ἃ οὐδὲν ἧττον τυγχάνει ὄντα χρώματα τοῦ λευκοῦ;

ΜΕΝ. Ναί.

II. i. 334. ΣΩ. Εἰ οὖν ὥσπερ ἐγὼ μετῄει τὸν λόγον, καὶ ἔλεγεν ὅτι Ἀεὶ[l] εἰς πολλὰ ἀφικνούμεθα, ἀλλὰ μή μοι οὕτως, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ταῦτα ἑνί τινι προσαγορεύεις[m] ὀνόματι, καὶ φῂς οὐδὲν αὐτῶν ὅ τι οὐ σχῆμα εἶναι, καὶ ταῦτα καὶ[n] ἐναντία ὄντα ἀλλήλοις, ὅ τι ἐστὶ τοῦτο ὃ[o] οὐδὲν ἧτ-

οὖν Γ.—[d] λαβεῖν om ϒ.—[e] ὥσπερ καὶ ἐν Γ.—[f] ἔχεις ΣΥ.—[g] ἀνεροῖτο 𝔛.—[h] προσανηρώτησεν (omisso σε) ΣΥbt.—[i] ἂν ἔλεγες pr Δ.—[j] ὅτι om Γ.—[k] ὁ ἐρωτῶν om b.—[l] αἰεὶ 𝔛B.—[m] προσαγορεύοις F.—[n] καὶ ante ἐναντία om Εs.—[o] ὃ om 𝔛ΔΣΥbt.

*ἀνέροιτο*] Struvius legendum censet aut *ἀνηρώτα* aut *ἀνήρετο*, quorum utrumque mox recurrat. Sed hypothesis in indefinita persona hic proponitur, quod recte fit optativo modo: tunc continuatur per pronomen *αὐτῷ* quasi in persona definita, in quo hypotheseos genere sollemnis est forma præteriti indicativi. BUTTM.

*εἰ οὖν*] Ad hanc protasin quæ finitur in verbis—*σχῆμα εἶναι ἢ τὸ εὐθὺ*, apodosin non statim invenies interrupto ibi per interrogationes sermone, qui §. 7. his demum verbis redintegratur, *εἰ οὖν τῷ ἐρωτῶντι*, quibus mox subjungitur apodosis, *ἴσως ἂν ἐθαύμασε* —. Monuit Struvius. BUTTM.

*μή μοι οὕτως*] Cum *μὴ* vel deest vel subaudiendum relinquitur aliquod verbum. fortasse *ἀποκρίνου*: quod repetatur et ante illa verba *ὅ,τι ἐστὶ τοῦτο*, etc. Alioqui pendet oratio. Sic autem aliquanto post subauditur verbum post *μή*: illo in loco, *Μή· ἀλλὰ σὺ ὦ Σώκρατες*. STEPH.

*ὅ, τι*] Legendum *τί* interrogativum pro relativo *ὅ,τι*. GED. Stephanus putabat subaudiri posse verbum *ἀποκρίνου*,

τὸν κατέχει τὸ στρογγύλον ἢ[p] τὸ[q] εὐθύ, ὃ δὴ ὀνομάζεις[r] σχῆμα, καὶ οὐδὲν μᾶλλον φῂς τὸ στρογγύλον σχῆμα εἶναι ἢ τὸ εὐθύ. ἢ οὐχ οὕτω λέγεις;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὅταν οὕτω λέγῃς, τότε οὐδὲν μᾶλλον φῂς τὸ[s] στρογγύλον εἶναι στρογγύλον ἢ εὐθύ, οὐδὲ τὸ εὐθὺ εὐθὺ ἢ στρογγύλον;

ΜΕΝ. Οὐ δή που, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν σχῆμά γε οὐδὲν μᾶλλον φῂς εἶναι τὸ στρογγύλον τοῦ εὐθέος, οὐδὲ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου.

ΜΕΝ. Ἀληθῆ λέγεις.

§. 7. ΣΩ. Τί ποτε οὖν τοῦτο οὗ τοῦτό[t] ὄνομά[u] ἐστι τὸ
σχῆμα; πειρῶ λέγειν. Εἰ οὖν τῷ ἐρωτῶντι οὕτως ἢ περὶ
σχήματος ἢ[v] χρώματος εἶπες ὅτι Ἀλλ' οὐδὲ μανθάνω II. 75.
ἔγωγε ὅ τι βούλει, ὦ ἄνθρωπε, οὐδὲ οἶδα ὅ τι λέγεις· ἴσως
ἂν ἐθαύμασε, καὶ εἶπεν Οὐ μανθάνεις ὅτι ζητῶ τὸ ἐπὶ
πᾶσι τούτοις ταὐτόν; ἢ οὐδὲ ἐπὶ τούτοις, ὦ Μένων, ἔχοις
ἂν εἰπεῖν, εἴ τις[w] ἐρωτῴη τί ἐστιν ἐπὶ τῷ στρογγύλῳ καὶ II. i. 335.
εὐθεῖ[x] καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ δὴ σχήματα καλεῖς, ταὐτὸν
ἐπὶ πᾶσι; πειρῶ εἰπεῖν, ἵνα καὶ[y] γένηταί σοι μελέτη πρὸς
τὴν περὶ[z] τῆς ἀρετῆς ἀπόκρισιν.

—[p] ἢ...στρογγ. om Σ.—[q] τὸ om BCEFr.—[r] ὀνομάζει Υ.—[s] τὸ...φῂς om Σ.—[t] τω in litura Γ.—[u] τοὔνομα Ϸ.—[v] ἢ χρώματος ƷΓΔΥΒΕ̂FϷr: ἢ περὶ χρώματος *s.—[w] τίς ƷΔ.—[x] εὐθὺ Δ.—[y] καὶ om ΣΥr et pr Ξ.—[z] περὶ om ΞΥϷr.—[a] χαρίσομαι ΞΣ

primo post illa ἀλλὰ μή μοι οὕτως, dein ante hæc ὅ,τι ἐστὶ τοῦτο. Sed formulæ quidem μή μοι usus ellipticus aliunde satis notus (v. Heind. ad Protag. 25.) et facilis intellectu. Ante ὅστις, ὅ,τι autem qui ejusmodi imperativum subaudiri jubet nihil aliud dicit, quam relativas ejusmodi formas poni posse etiam pro τίς, τί. Hujus itaque usus exempla afferenda erant. Neque vero est cur adesse negemus, quando ὁποῖος sic habemus pro ποῖος infra Alcib. i. 15. Ἐν ὁποίῳ χρόνῳ ἐξευρών; quando ὁπότερος pro πότερος, ὅπως pro πῶς in locis ab Heindorfio citatis ad Lysid. 21. ubi est Ὁπότερος οὖν ποτέρου φίλος ἐστίν; quorum omnium ratio est hujus ὅστις. Ex eo autem, quod relativa hæc omnia sua natura interrogationi inserviunt indirectæ, factum videtur ut in communi sermone etiam cum directe interrogativis confunderentur; quo facto a bonis quoque scriptoribus sonantiora ista ὅ,τι, ὁποῖος, tum imprimis prælata sunt, quando cum pondere aliquo pronuntianda videretur interrogatio. Buttm.

καὶ οὐδὲν μᾶλλον] More satis obvio inservit καὶ ulteriori explanationi verbi ὀνομάζεις, quæ plenius ita erat adnectenda: *et quidem ita ut nihilo magis— dicas*. Buttm. qui sic in Addend. 'Conf. similem in copula καὶ negligentiam in Crit. 5. καὶ τοιαῦτα σπεύδεις.'

§. 7. ἢ χρώματος] Vulgo ἢ περὶ χρ. Præpositionem hoc altero loco omisit Bekker. codd. opt. et plur. secutus. Sic enim solent Græci. Vid. Heind. ad Phæd. 5. Buttm.

MEN. Μή, ἀλλὰ σύ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ.

ΣΩ. Βούλει σοι χαρίσωμαι;[a]

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἐθελήσεις οὖν καὶ σὺ[b] ἐμοὶ εἰπεῖν περὶ τῆς ἀρετῆς;

MEN. Ἔγωγε.

ΣΩ. Προθυμητέον τοίνυν· ἄξιον γάρ.

MEN. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Φέρε δή, πειρώμεθά σοι εἰπεῖν τί ἐστι σχῆμα. σκόπει οὖν εἰ τόδε ἀποδέχει αὐτὸ εἶναι· ἔστω γὰρ δὴ ἡμῖν τοῦτο σχῆμα,[c] ὃ μόνον τῶν ὄντων τυγχάνει χρώματι ἀεὶ[d] ἑπόμενον. ἱκανῶς σοι; ἢ ἄλλως πως ζητεῖς; ἐγὼ γὰρ κἂν οὕτως ἀγαπῴην εἴ μοι ἀρετὴν εἴποις.

MEN. Ἀλλὰ τοῦτό γε εὔηθες, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Πῶς λέγεις;

MEN. Ὅτι σχῆμά[e] πού ἐστι κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὃ ἀεὶ χρόᾳ ἕπεται.

YBCEFrbr.—[b] σοὶ Σ.—[c] τοῦτο σχῆμα ΧΔΣΥbr: τοῦτο τὸ σχῆμα *r.—[d] ἂν F.—

*πρὸς τὴν περὶ τῆς ἀρ.*] Duo codices minime mali omisso *περὶ* dant *πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἀπόκρισιν*, quod diligenter notandum ob illud simillimum in Theæteto p. 147. C. *οἷον καὶ ἐν τῇ τοῦ πηλοῦ ἐρωτήσει*, ubi Heind. 'In his ni excidit *περὶ*, notandum hoc genus ellipseos, cujus simile nil memini.' Buttm.

*ἀποδέχει*] Hanc scripturam constanter nunc ubique adoptavi. Vid. Valck. ad Phœn. 576. Fischer. ad Euthyphr. 19. et nos ad Crit. 4. Buttm.

comparare. Utraque linea si æqualis est, Quadratum illud aut Rectangulum dato circulo includi poterit; sin minus, non poterit. (Nam diameter circuli semper æqualis est lineæ diagonali Quadrati aut Rectanguli ab ipso comprehensi.) In quavis alia figura quadrilatera problema istud non æque facile solvi potest. Hanc tamen, quam attuli, problematis solutionem ut simul innuat Plato, hypothesin ipsam non directe et simpliciter, ut ego, sed per ambages et circumscriptione enunciat hunc in modum: si ista figura quadrilatera ita comparata est, ut, si quis eam (linea diagonali) dissecuerit (*παρατέμνοντα*), abscedat ei tantum, quantum relinquitur (*περιλελειμμένον*), i. e. in duas æquales partes dividatur etc. Jam vero hoc nonnisi in Parallelogrammis fieri potest; et quum Rhombus atque Rhomboides natura sua nulli omnino circulo ita includi queant, ut quævis linea peripheriam tangat, solum restat Quadratum atque Rectangulum. Hæc quum in duas partes æquales dividat linea diagonalis, tantumdem illis aufert, quantum relinquit. Dicitur vero *παρατέμνειν παρὰ τὴν δοθεῖσαν γραμμὴν*, quoniam in omni figura quadrilatera duæ duci possunt lineæ diagonales, ut adeo constituendum prius sit, ad quam lineam et qua via linea diagonalis protendi debeat. Quod superest, non ignoro, *τετράγωνον* apud mathematicos fere non quamvis *figuram quadrilateram*, sed solum *Quadratum* significare, et bene memini legere me Proclum explicantem, qui factum sit, ut, quum vox illa etymologice totum genus significaret, ad unam tantum speciem denotandam transferretur. Alii tamen scriptores non æque accurate semper loquuntur. Præterea multum interest inter *τετράγωνον* simpliciter substantiveque dictum, et inter *χωρίον τετράγωνον*. Adjective enim *τετράγωνος* dici de quacunque figura quadrilatera, facile exemplis confirmari posset. Ingenue tamen fateor, totam hanc meam hujus loci explicationem non eo usque placere mihi, ut ægre laturus sim, si quis ea minus acquiescat. Si quid novisti rectius istis, Candidus imperti; si non, his utere mecum. Ged. qui, scriptis hisce Calend. Febr. 1780. P. C. N. decennio post hæc quoque subdidit: 'Nondum me ita pœnitet conjecturæ olim propositæ, ut eam plane abjiciendam existimem. Attamen eundem sensum elici posse puto minori totius loci mutatione. Retineri enim posset *τὸ παρατεταμένον* et explicari: *figura juxta apposita*. Tum locus ita verteretur: 'Si figura illa quadrilatera ita comparata est, ut, qui eam linea diagonali dissecuerit (*παρατέμνοντα*), is eidem *relinquat* (sic nunc sensu activo sumo *ἐλλείπειν*) triangulum, æquale triangulo juxta apposito (*τῷ παρατεταμένῳ*);' i. e. ut figura linea diagonali in duo æqualia triangula dividatur. Sed ne sic quidem, fateor, mihi ipse satisfacio; sed nec aliorum, quos vidi, conatus, in hoc loco explicando satis placuerunt. Attamen non est prætermittenda silentio explicatio viri docti atque acuti; qui de hac ipsa editione sententiam tulit in Bibliotheca Germanica (*Allgemeine Deutsche Bibl. B.* 1. *St.* 1. *S.* 278. *ff.*) Huic de *triangulo æquilatero* sermo esse videtur, et *παρατείνειν* illi est: lineam inferre circulo. Sensum igitur hunc elicit: 'Si in circulo, in quo ad basin trianguli jam illatam adjungatur altera linea vel crus trianguli, tantumdem spatium relinquatur, quantum jam explet illa altera jam illata linea; tum fieri potest, ut istud triangulum æquilaterum (vel solummodo æquicrurum) includatur circulo. At si vel paulo majus vel minus relinquitur spatium, quam requirit tertia illa linea, fieri non potest, ut triangulum datum includatur dato circulo.' Hanc quoque explicationem suis premi incommodis, nemo non videt. Ergo penes lectorem judicium esto, utram explicandi viam præferre velit. Tentavit etiam Cl. Michelsen, loci hujus satis impediti explicationem, et quidem eam, qua nihil mutetur, et qua omnibus, quæ obscuriora videntur, verbis nil aliud innui censendum sit, quam angulum rectum. Est enim hypothesis ea: 'Si sit triangulum illud, de quo circulo includendo quæritur, rectangulum, tunc quid eventurum sit, tibi dicam.' Is sensus ex verbis ipsis, ut nunc leguntur, elici posse videtur hoc modo, si inspicere velis adpictam figuram:




συμβαῖνον περὶ τῆς ἐντάσεως[s] αὐτοῦ εἰς τὸν κύκλον, εἴτε ἀδύνατον[t] εἴτε μή. [§. 23.] Οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀρετῆς.

Εἰ τοῦτο τὸ χωρίον (τρίγωνον nempe, quippe de quo sermo erat, A B C) τοιοῦτόν ἐστι, οἷον (pro ὥστε) παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν (lineam A C, sive eam cui angulus major c adjacet) παρατείναντα (scil. τινὰ vel σὲ, lineam C D), ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ (si continuando vel producendo lineam, relinquas in triangulo talem adjacentem *angulum*, non lineam, nempe angulum c), οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ (qualis angulus, producendo lineam, extra figuram natus est). Latine igitur locus ita vertetur: *Si figura ejusmodi est, ut is, qui datam ejus lineam continuando producat, intra eam tantum (angulum) relinquat, quantum producta linea effecit; aliud quid eventurum mihi videtur, aliud vero, hoc si fieri nequit.* Fortasse idem vidit, vel potius suspicatus est, Grou, quanquam minus bene spatii nomen adhibuit, loco anguli. Cæterum, ut verum fatear, durum videtur, τὸ παρατείνειν, paucis verbis interjectis, duplici plane sensu intelligi. Primo enim loco significat lineam *producere* seu *continuare*; attamen altero αὐτὸ τὸ παρατεταμένον non est producta illa linea C D, sed tertium aliquid, angulus nempe d, quem producta linea *effecit*. Sed quis est, qui non videat, operæ pretium jam esse, viros doctos acumen ingenii ad locum vel sanandum vel explicandum contulisse, qui antea prorsus derelictus erat; quamvis nondum tota res sit expedita? Ged.

In difficillimo loco explicando multi ingenium exercuerunt. Gedikii, Michelsenii et tertii alicujus rationes prostant in edit. Biesteri; Jo. Wolfg. Mülleri in peculiari libello, *Commentar über zwei dunkle mathematische Stellen im Platon*, Nürnb. 1797. Schleiermacheri, in Platonis interpretatione Germanica; Mollweidii in libello inscripto, 'Commentationes mathematico-philologicæ tres, Lips. 1813.' Ex postremi horum commentario tamen nonnulla excerpam quæ lectoribus usui esse arbitror; in quibus hoc potissimum esse judico, quod ope ejus de vocabulis quibusdam certius quam adhuc factum est pronuntiari posse videtur. Quippe vere ab eo observatum est, apud Platonem non easdem voces eodem sensu usurpari, quales inde ab Euclide velut constitutæ sunt. Itaque cum verbum τείνειν sua natura *extensionem lineæ rectæ* denotet, apparet, παρατείνειν τι, quod inter verba geometris propria memorat Plato de Rep. vii. p. 527. A. idem esse quod Euclidi παραβάλλειν h. e. figuram aliquam ad vel *secundum lineam* aliquam *rectam applicare*. Deinde cum verbum ἐγγράφειν Euclidi non sit simpliciter includere, sed ita includere ut linearum extremitates peripheriam tangant; apparet eundem sensum, et quidem disertius multo, præbere verbum ἐντείνειν. Denique ex Euclid. lib. vi. prop. 27. 28. 29. extra omnem dubitationem posita est quæstio, quid sit ἐλλείπειν χωρίῳ τινι. Nam quando parallelogrammum A B C D imponitur alii pa-





rallelogrammo A E C F, Euclides pronuntiat, illud ἐλλείπειν εἴδει παραλληλογράμμῳ: h. e. brevius illud parallelogrammum *deficere alia figura*, quæ itidem sit parallelogrammum B E D F. Jam Mollweidius γραμμὴν intelligit de basi trianguli; verba autem οἷον παρατείναντα (vel -τι) ἐλλείπειν ita explicat quasi sit ὥστε, εἰ (ἄλλο) τοιοῦτον παρατείναις, τοῦτο ἐλλείποι ἂν χωρίῳ— : totum autem locum exponit in hunc modum (p. 43.) 'Si datum triangulum A B C est ejusmodi, ut, quod ad datam ejus




basin A C applicaveris triangulum simile A B D, deficiat triangulo B D C simili ei ipsi, quod applicatum est, A B D, aliud quid mihi eventurum videtur, aliud vero rel.' Jam e rationibus geometricis, quas hic repetere nihil attinet, certum est 1. quoties in triangulo rectangulo ex angulo recto linea perpendicularis (B D) ducatur in basin, utrumvis eorum triangulorum rectangulorum quæ sunt ab utraque ejus lineæ parte simile esse triangulo primario toti; 2. quoties in trian-

ἡμεῖς, ἐπειδὴ οὐκ ἴσμεν οὔθ' ὅ τί ἐστιν οὔθ' ὁποῖόν τι, ὑποθέμενοι αὐτὸ σκοπῶμεν εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτόν

gulo aliquo aliud simile per lineam aliquam abscindatur, quod supersit et toti triangulo, et minori illi, simile esse nonnisi in illa ipsa suppositione 1. Itaque in hypothesi illa quam proponit Socrates necesse est, triangulum de quo quæritur esse rectangulum: quo posito tota quæstio facile solvitur. Tum enim, si hypotenusa trianguli (A C) æqualis est diametro circuli de quo quæritur, inscribi potest figura; si major minorve, non potest. Hæc autem ratio duobus potissimum incommodis premitur, altero, quod vox *γραμμὴ* de basi vel longissima linea intelligenda est, altero quod vox *οἷον* adeo contorta sic significatione (pro *οἷον ἄλλο*) posita esset ut problema vel ab attento auditore intelligi nequeat. Mihi ex eo ipso, quod in scriptura loci vulgata verbum *παρατείνειν* commodo nomine, quod in accusativo casu a se regatur, destituitur, persuasum est, excidisse verba aliquot; et quidem, quod in geometricis ejusmodi tantum non sollemne est, ob homœoteleuton. Liceat autem in eum modum verba quædam supplere; non quo id quod dabimus verum fuisse deperditorum sensum putemus, sed ut rerum mathematicarum intelligentibus viam, qua nobis videatur insistendum, patefaciamus. Εἰ *μέν ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷον παρὰ τὴν δοθεῖσαν τοῦ κύκλου διάμετρον κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν παρατείναντα ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ, ἄλλο τι συμβαίνειν μοι δοκεῖ κ. τ. λ.* In his verbis e Græci sermonis norma recte cohærent hæc: Εἰ *ἔστι τοιοῦτον, οἷον παρατείναντα ἐλλείπειν*, h. e. *Si est ejusmodi, ut qui illud applicaverit deficiat*—. Quemadmodum enim ut supra vidimus figura aliqua alteri imposita recte dicitur *ἐλλείπειν*, *deficere* alia figura; ita etiam, et magis proprie quidem, is qui figuram imponere fingitur dici potest deficere—. Sit itaque A B data circuli diametrus; C B autem data una e trianguli C D B lineis.




Itaque triangulum hoc in linea sua C B applicatum est diametro A B. Apparet autem, eum, qui triangulum ita applicuerit, *deficere* non modo ea lineæ parte, quæ est A C, sed integro etiam schemate A D C quod et ipsum est triangulum. Jam si hoc et ipsum tale est, quale est triangulum C D B, necesse est triangulum C D B esse rectangulum. Quo posito consimili modo proceditur atque in Mollweidii ratione. Nam si hypotenusa D B æqualis est diametro A B, inscribi potest triangulum etc. — Sed iterum moneo, scitane sint quæ hac hypothesi continentur an inscita, id non curabam: vera esse apparet; videant alii an simili ratione aptiora invenire queant. Restat de quo moneam unum non minimi illud momenti, et in quo omnes adhuc, ni fallor, peccarunt, dum formulam *τοιοῦτον οἷον* intelligunt de *simili*. Atqui hoc Græce est *ὅμοιον*. Itaque in figura illa Mollweidiana triangulum B D C nequaquam est *τοιοῦτον. οἷον* A B D, sed *ὅμοιον*, simile illi. Quippe *τοιοῦτον οἷον*, *tale quale*, et ad linguæ et ad geometriæ rationes dici non potest nisi de ejusdem rei vel ejusdem figuræ *exemplo alio*. Quam significationem in meo qualicunque specimine servavi. Buttm.

§. 23. *εἴτε οὐ*] Struvius scribendum censet *εἴτε μὴ διδ. ε.* sicut paulo ante *εἴτε ἀδύνατον εἴτε μή*. Differunt tamen duo hæc enuntiata eo quod in priori *εἴτε* est conditionale: *ἐθέλω σοι εἰπεῖν τὸ συμβαῖνον, εἴτε ἀδύνατον, εἴτε μὴ* (sc. *ἐστὶ, ταῦτα παθεῖν*), Latine, *sive—sive*: in hoc autem *εἴτε* est oblique interrogativum: *σκοπῶμεν, εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτὸν* lat. *utrum—an*. Jam in hac quoque particularum *εἰ* et *εἴτε* significatione alia sane nunc mihi exempla ex Attica prosa succurrunt nulla nisi in quibus itidem legatur *μὴ*, ut Demosth. de Rhod. Lib. p. 193. 17. *σκοπεῖτε, εἴτ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι ταῦτ', εἴτε καὶ μή*. Sed non abhorrere tamen ab interrogatione obliqua formam *οὐ* quoque, colligas tum ex eo quod utriusque interrogandi rationis tanta est cognatio, ut obliqua haud raro iisdem quibus directa particulis formisque utatur, quales sunt *τίς*, *ἆρα*, et his certe negationem *οὐ* adjungat; ut statim initio hujus dialogi: *Ἔχεις εἰπεῖν, ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετὴ ἢ οὐ διδακτόν*; tum ex usu Homeri, qui non modo sæpius duplex ἢ

ἐστιν, ὧδε λέγοντες, εἰ ποῖόν[u] τί ἐστι τῶν περὶ τὴν[v] ψυχὴν ὄντων ἀρετή, διδακτὸν ἂν εἴη ἢ οὐ διδακτόν; πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ἀλλοῖον ἢ οἷον ἐπιστήμη, ἆρα διδακτὸν ἢ οὔ; ἢ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀναμνηστόν; διαφερέτω δὲ μηδὲν ἡμῖν ὁποτέρῳ ἂν τῷ ὀνόματι χρώμεθα. ἀλλ' ἆρα[w] διδακτόν; ἢ τοῦτό γε παντὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲν ἄλλο διδάσκεται ἄνθρωπος ἢ ἐπιστήμην;

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖ. II. i. 363.

ΣΩ. Εἰ δέ γ' ἐστὶν ἐπιστήμη τις ἡ ἀρετή, δῆλον ὅτι διδακτὸν ἂν εἴη.

ΜΕΝ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τούτου μὲν ἄρα ταχὺ ἀπηλλάγμεθα, ὅτι τοιοῦδε μὲν ὄντος διδακτόν,[x] τοιοῦδε δ' οὔ.

ΜΕΝ. Πάνυ γε.[y]

ΣΩ. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, δεῖ σκέψασθαι,[z] πότερόν ἐστιν ἐπιστήμη ἡ ἀρετὴ ἢ ἀλλοῖον ἐπιστήμης.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖ τοῦτο μετὰ τοῦτο σκεπτέον εἶναι.

ΣΩ. Τί δαὶ[a] δή; ἄλλο τι[b] ἀγαθὸν αὐτό φαμεν εἶναι τὴν[c] ἀρετήν, καὶ αὕτη ἡ[d] ὑπόθεσις μένει ἡμῖν, ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι.

ΜΕΝ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μέν τί ἐστιν ἀγαθὸν καὶ ἄλλο χωριζό-

νατον om Δ.—[u] ποῖόν 𝔄ΓΔΞΣΥCrb: ὁποῖόν [u]s.—[v] τὴν om br et pr Σ.—[w] ἆρα καὶ pr E.—[x] post διδακτὸν omisi μὴ cum 𝔄ΓΔBCEFrdr.—[y] πάνυ γε om d.—[z] διασκέψασθαι ΣΥ.—[a] δαὶ 𝔄Δ.—[b] post τι omisi ἢ.—[c] τὴν...εἶναι om ΣΥ.—[d] ἡ om pr Ξ.—

(cujus nulla ab εἴτε diversitas) ita construit, ὄφρα ἴδωμαι, ἢ—ἠὲ καὶ οὐκί: sed semel etiam (Il. β. 349.) nostro simillimum habet, Γνώμεναι εἴτε ψεῦδος ὑπόσχεσις ἠὲ καὶ οὐκί. Erunt etiam qui rem absolvi putent eo quod οὐ δικακτὸν unam notionem et velut unum verbum constituat; cujus tamen rei exempla quæ posuit Hermannus ad Vig. n. 510. mihi quidem non satisfaciunt; et vide quæ dixi in Gramm. §. 135. Obs. 3. Buttm.

ἆρα—ἢ—ἢ—] Cave tria hæc ut singula singulis respondentia jungas: posterius enim ἢ spectat ad solam vocem διδακτὸν, abs qua semotum est, ne ista, ἆρα διδακτὸν ἢ οὔ, dirimantur. Buttm.

τοιοῦδε δ' οὔ] Sic Bek. ex optimis et plurimis. Vulgo τοιοῦδε μὲν—μὴ τοιοῦδε δ' οὔ. Sedulo in proximis quoque cavere videtur Plato ne distinguat inter ἐπιστήμην et οὐκ ἐπιστήμην, cujus loco ponit ἀλλοῖον ἐπιστήμης. Itaque hic etiam non dicit μὴ τοιοῦδε, sed bis τοιοῦδε, ut species positivæ notionis servetur in utroque. Buttm.

τὸ δὴ] Malebat Struvius Τὸ δὲ—vel Τὸ δὲ δὴ—, ob præcedens Τούτου μὲν—. Sed vocula δὲ hic rectius intelligitur, altera δή, *jam*, transitum præbente efficaciorem.. Buttm.

τὴν ἀρετὴν] Explicandi causa adjectum est: ne quis eliminandum forte censeat. Sic Alcib. i. §. 13. πρὸς ταῦτα—, τὸ δίκαιον. Buttm.

μένον ἐπιστήμης, τάχ' ἂν εἴη ἡ[e] ἀρετὴ οὐκ ἐπιστήμη τις· εἰ δὲ μηδέν ἐστιν ἀγαθὸν ὃ οὐκ ἐπιστήμη περιέχει, ἐπιστήμην ἄν τιν'[f] αὐτὸ ὑποπτεύοντες[g] εἶναι ὀρθῶς ὑποπτεύοιμεν;

MEN. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἀρετῇ γ' ἐσμὲν ἀγαθοί.

MEN. Ναί.[h]

ΣΩ. Εἰ δὲ ἀγαθοί, ὠφέλιμοι· πάντα[i] γὰρ τἀγαθὰ[j] ὠφέλιμα. οὐχί;[k]

II. i. 364. MEN. Ναί.[l]

ΣΩ. Καὶ ἡ ἀρετὴ δὴ ὠφέλιμόν ἐστιν;

MEN. Ἀνάγκη[m] ἐκ τῶν ὡμολογημένων.

§. 24. ΣΩ. Σκεψώμεθα[n] δὴ καθ' ἕκαστον ἀναλαμβάνοντες, ποῖά ἐστιν ἃ ἡμᾶς ὠφελεῖ. ὑγίεια, φαμέν,[o] καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος καὶ πλοῦτος δή· ταῦτα λέγομεν καὶ τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμα. οὐχί;[p]

MEN. Ναί.

II. 88. ΣΩ. Ταὐτὰ δὴ[q] ταῦτά φαμεν ἐνίοτε καὶ βλάπτειν. ἢ σὺ ἄλλως φῂς ἢ οὕτως;[r]

MEN. Οὔκ, ἀλλ' οὕτως.

ΣΩ. Σκόπει δή,[s] ὅταν τί[t] ἑκάστου τούτων ἡγῆται, ὠφελεῖ[u] ἡμᾶς, καὶ ὅταν τί,[v] βλάπτει;[w] ἆρ' οὐχ ὅταν μὲν ὀρθὴ χρῆσις,[x] ὠφελεῖ, ὅταν δὲ μή, βλάπτει;

MEN. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν καὶ τὰ[y] κατὰ τὴν ψυχὴν σκεψώμεθα.[z] σωφροσύνην τι καλεῖς καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀνδρίαν[a] καὶ

[e] ἡ om Σ.—[f] τιν' Ξ et rc F cum ς: ceteri τι.—[g] αὐτὸ ὑποπτεύοντες 𝔄ΓΔΗΣΤΒCF rbt: ὑποπτεύοντες αὐτὸ *ς.—[h] ναί...οὐχὶ om Γ.—[i] τὰ Δ.—[j] ἀγαθὰ 𝔄Δ.—[k] οὐχὶ om 𝔟.—[l] ναί om 𝔟.—[m] ἀνάγκη δὴ ἐκ ΣΥ.—[n] σκεψόμεθα 𝔟.—[o] μὲν 𝔱.—[p] ἢ οὐχὶ rc Γ: om 𝔟.—[q] δὲ Γ.—[r] ἢ οὕτως om ΣΥ𝔟.—[s] δὲ Ξ.—[t] ὅταν τι evanida Γ.—[u] ὠφελεῖν 𝔱.—[v] τι τούτων pr r.—[w] βλαπτει [η] F, βλάπτῃ Ert.—[x] κρίσις 𝔱.—[y] τὰ om pr Δ.—[z] σκεψόμεθα 𝔟.—[a] ἀνδρείαν r𝔟.—[b] εὐμάθειαν r𝔱.—[c] ἢ οὐχὶ om F, ἢ οὐχὶ r.—

ἄν τιν'] Codd. omnes præter Ven. Ξ ἄν τι αὐτὸ ὑποπτ. e. Neque reddidit Ficinus pronomen τινά. Buttm.

§. 24. ὅταν τί βλάπτει] In præced. edit. βλάπτῃ: et ὅταν τι utrobique enclit. sed scrib. est βλάπτει, ut ὠφελεῖ, et τί interrog. Perinde est enim ac si ita loqueretur, τί ἐστιν ὅπερ ὅταν ἑκάστου τούτων ἡγῆται, ταῦτα ὠφελεῖ ἡμᾶς· καὶ τί ἐστιν ὅπερ ὅτ. ἑ. τ. ἡγ. ταῦτα βλάπτει. Sic autem et alibi vecula τί utitur. Sic et Fic. vertit, Aliquid vocas? legens τὶ, non τί, ut in præc. edit. Stallb.

εὐμαθίαν[b] καὶ μνήμην καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Σκόπει δὴ τούτων ἅττα σοι δοκεῖ μὴ ἐπιστήμη εἶναι ἀλλ' ἄλλο ἐπιστήμης, ἢ οὐχὶ[c] ποτὲ μὲν βλάπτει, ποτὲ[d] δὲ ὠφελεῖ; οἷον ἀνδρία,[e] εἰ μὴ ἔστι φρόνησις ἡ ἀνδρία ἀλλ' οἷον θάῤῥος τι· οὐχὶ[f] ὅταν μὲν ἄνευ νοῦ θαῤῥῇ II. i. 365.
ἄνθρωπος, βλάπτεται, ὅταν δὲ σὺν νῷ, ὠφελεῖται;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σωφροσύνη ὡσαύτως καὶ εὐμαθία[g] μετὰ μὲν νοῦ καὶ μανθανόμενα καὶ καταρτυόμενα[h] ὠφέλιμα, ἄνευ δὲ νοῦ[i] βλαβερά;

ΜΕΝ. Πάνυ σφόδρα.

ΣΩ. Οὐκοῦν συλλήβδην πάντα τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιχειρήματα καὶ καρτερήματα ἡγουμένης[j] μὲν φρονήσεως εἰς εὐδαιμονίαν τελευτᾷ, ἀφροσύνης δ' εἰς τοὐναντίον;

ΜΕΝ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Εἰ ἄρα ἀρετὴ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τί ἐστι καὶ ἀναγκαῖον αὐτῷ[k] ὠφελίμῳ εἶναι, φρόνησιν αὐτὸ[l] δεῖ εἶναι, ἐπειδήπερ πάντα τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ οὔτε ὠφέλιμα οὔτε[m] βλαβερά ἐστι, προσγενομένης δὲ φρονήσεως ἢ ἀφροσύνης βλαβερά τε καὶ ὠφέλιμα γίγνεται.[n] κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον ὠφέλιμόν γε[o] οὖσαν τὴν ἀρετὴν φρόνησιν δεῖ[p] τιν' εἶναι.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

§. 25. ΣΩ. Καὶ μὲν[q] δὴ καὶ τἆλλα[r] ἃ νῦν δὴ ἐλέγο-

[d] τότε ΧΓΔΤΒCΕ, τοτὲ rb.—[e] ἀνδρεία ΓΔΞΣΥ.—[f] οὐχὶ Δ: οὐχ *s.—[g] εὐμάθεια rt.—[h] μανθανόμεναι καὶ καταρτυόμεναι b.—[i] νοῦ om pr Γ.—[j] ἡγούμενος Σ.—[k] αὐτῷ καὶ ἀναγκαῖον pr Γ.—[l] αὐτῷ t.—[m] οὔτ' t.—[n] γίγνονται F.—[o] τε t.—[p] δὴ bt.

ἄλλο ἐπιστήμης] Cic. ad Famil. xi. 2. 'Nec quicquam aliud libertate communi quæsisse.' Horat. i. Ep. 16. 20. 'Neve putes alium sapiente bonoque beatum.' ἄλλοι ἢ τῶν εἰδότων Alcib. ii. §. 22. Buttm.

ἢ οὐχὶ] Scribendum εἰ οὐχὶ—ὠφελεῖ sine interrogationis nota. Nusquam enim in interrogatione ante οὐκ invenias ἤ. Heind. E Cod. Ambr. enotatum est ἤ. Mihi videtur optime omitti. Buttm.

οἷον θάῤῥος τι] Ficinus, qui habet: *veluti fortitudo remota prudentia? num fortitudo aliud est, quam audacia quædam?* legisse videtur: οἷον ἀνδρία εἰ μὴ ἔστι φρόνησις. Ἡ ἀνδρία ἀλλοῖον ἢ θάῤῥος τι; Sic tamen nexus prorsus laceratur. Posses conjicere: ἀλλ' οἷον θάῤῥος τι, si fortitudo non est prudentia, sed *tantummodo* audacia quædam. Sed neque id opus. Potest enim οἷον hic, ut antea, explicari *exempli gratia*. Ged.

§. 25. καὶ μὲν δὴ καὶ τἆλλα] Basis structuræ hæc est: Καὶ μὲν δὴ καὶ τἆλ-

μεν,[s] πλοῦτόν τε καὶ τὰ τοιαῦτα, τοτὲ μὲν ἀγαθὰ τοτὲ δὲ
βλαβερὰ εἶναι, ἆρ' οὐχ ὥς περ τῇ ἄλλῃ ψυχῇ ἡ φρόνη-
II. i. 366. σις ἡγουμένη ὠφέλιμα τὰ τῆς ψυχῆς ἐποίει, ἡ δὲ ἀφρο-
σύνη βλαβερά, οὕτως αὖ[t] καὶ τούτοις ἡ ψυχὴ ὀρθῶς μὲν
χρωμένη καὶ ἡγουμένη ὠφέλιμα αὐτὰ ποιεῖ, μὴ ὀρθῶς δὲ
βλαβερά;

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς δέ γε[u] ἡ[v] ἔμφρων ἡγεῖται, ἡμαρτημένως δ' ἡ ἄφρων;

ΜΕΝ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω δὴ[w] κατὰ πάντων εἰπεῖν[x] ἔστι τῷ
ἀνθρώπῳ τὰ μὲν ἄλλα πάντα εἰς τὴν ψυχὴν ἀνηρτῆσθαι,
II. 89. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς αὐτῆς εἰς φρόνησιν, εἰ μέλλει ἀγαθὰ εἶ-
ναι· καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ φρόνησις ἂν εἴη τὸ ὠφέλιμον. φα-
μὲν δὲ τὴν ἀρετὴν ὠφέλιμον εἶναι;

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Φρόνησιν[y] ἄρα φαμὲν ἀρετὴν εἶναι,[z] ἤτοι[a] ξύμπασαν ἢ μέρος τι;

ΜΕΝ. Δοκεῖ μοι καλῶς λέγεσθαι, ὦ Σώκρατες, τὰ λεγόμενα.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐκ ἂν εἶεν φύσει οἱ ἀγαθοί;

ΜΕΝ. Οὔ μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἄν που καὶ τόδ' ἦν. εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο, ἦσάν που ἂν ἡμῖν οἳ ἐγίγνωσκον τῶν νέων τοὺς

—[q] μὴν b.—[r] τἆλλα ΔΞΣΥFbr: τὰ ἄλλα *s.—[s] διελέγομεν F.—[t] ἂν ΣΥ.—[u] γε om Ξ.—[v] λέγε εἰ ΧΔ.—[w] δεῖ b.—[x] εἰπεῖν om r.—[y] καὶ φρόνησιν ΣΥ.—[z] εἶναι

λα—ἆρ' οὐχ ἡ ψυχὴ, ὀρθῶς μὲν χρωμένη αὐτοῖς, ὠφέλιμα ποιεῖ. Sed ob inserta hæc, ὥσπερ τῇ ἄλλῃ ψυχῇ ἡ φρόνησις ἡγουμένη—ἐποίει, pro αὐτοῖς necessarium factum erat καὶ τούτοις: quare mox inseritur αὐτά. Illud etiam observa, verba hæc πλοῦτόν τε καὶ τὰ τοιαῦτα, quæ inserta sunt ad explicanda pronomina τἆλλα ἃ—, paulo negligentius collocata esse inter ἐλέγομεν et verba inde pendentia. Denique monendi sunt tirones, pro præsenti ποιεῖ usurpatum esse impf. ἐποίει, quo respicitur expositio modo facta de φρονήσει; plenius: ποιεῖ, ὡς ἐλέγομεν. Buttm.

τῇ ἄλλῃ ψυχῇ] Non est *alia* anima: hoc enim foret ἄλλη ψυχή: sed *reliqua*, et opponitur parti animæ, τῇ φρονήσει. Buttm.

οἱ ἀγαθοί] Struvius collatis locis, mox §. 26. et Protag. §. 49. recte, opinor, post ἀγαθοὶ iterum inseri jubet ἀγαθοί. Buttm.

εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο] Ita Æschines Socratic. p. 379. A. §. 8. Τί οὖν; οἴει ἄν, εἴπερ ἦσαν φύσεις ἀγαθαὶ

ἀγαθοὺς τὰς φύσεις,[b] οὓς ἡμεῖς ἂν[c] παραλαβόντες ἐκείνων ἀποφηνάντων ἐφυλάττομεν ἐν[d] ἀκροπόλει, κατασημηνάμενοι II. i. 367.
πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον, ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφίκοιντο[e] εἰς τὴν ἡλικίαν, χρήσιμοι γίγνοιντο[f] ταῖς πόλεσιν.

ΜΕΝ. Εἰκός γέ τοι, ὦ Σώκρατες.

§. 26. ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ οὐ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, ἆρα μαθήσει;

ΜΕΝ. Δοκεῖ μοι ἤδη ἀναγκαῖον εἶναι. καὶ δῆλον, ὦ Σώκρατες, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, εἴ περ ἐπιστήμη ἐστὶν ἀρετή, ὅτι διδακτόν ἐστιν.

ΣΩ. Ἴσως νὴ Δία· ἀλλὰ μὴ τοῦτο οὐ καλῶς ὡμολογήσαμεν;

ΜΕΝ. Καὶ μὴν[g] ἐδόκει μὲν ἄρτι καλῶς λέγεσθαι.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴ οὐκ ἐν τῷ ἄρτι μόνον δέῃ αὐτὸ[h] δοκεῖν[i]

ἀρετὴν br.—[a] εἴτε b.—[b] τῇ φύσει Γ.—[c] ἂν ἡμεῖς Γ.—[d] ἂν ἐν ΞΣΥ.—[e] ἀφίκοντο Ε.—[f] γίγνοντο pr Η.—[g] μοι corr Γ.—[h] αὐτὸν ΣΥ.—[i] δοκεῖ Υ.—[j] δὴ om r.—[k] ἢ

πρὸς ἀρετὴν ἀνθρώπων, οὐκ ἂν πάντα μεμηχανῆσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε διαγινώσκειν αὐτάς; Εἰκός γε. Ἔχεις οὖν τινα εἰπεῖν τέχνην, ἥτις ἐστὶν ἐπὶ ταῖς φύσεσι ταῖς τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν ἀποδεδειγμένη, ὥστε δύνασθαι αὐτὰς κρίνειν; Οὐκ ἔχω. Καὶ μὲν δὴ πλείστου ἂν ἦν ἀξία, καὶ οἱ ἔχοντες αὐτήν. οὗτοι γὰρ ἂν ἡμῖν ἀπέφαινον τῶν νεῶν τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι ἔτι παῖδας ὄντας. οὓς ἂν ἡμεῖς παραλαβόντες ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει δημοσίᾳ, ὥσπερ τὸ ἀργύριον, καὶ μᾶλλόν τι, ἵνα μή τι φλαῦρον ἡμῖν πάθοιεν, μήτε ἐν μάχῃ, μήτε ἐν ἄλλῳ τινὶ κινδύνῳ· ἀλλ' ἀπέκειντο τῇ πόλει σωτῆρές τε καὶ εὐεργέται, ἐπειδή γε εἰς τὴν ἡλικίαν ἀφίκοιντο. Biest.

ἐφυλάττομεν] Faceta allusio ad morem qui erat, ut alibi, ita etiam Athenis, pecunias publicas et pretiosa quæque in thesauris templorum, quæ in acropoli essent, clausis et obsignatis portis asservandi. Vid. Bœckh. *Staatshaus. d. Athen.* ii. p. 203. Buttm.

διέφθειρεν] Lege διαφθείροι. Sequitur enim γίγνοιντο. Ged.

διέφθειρεν] A conjunctione ἵνα pendet hic imperfectum διέφθειρεν ob præcedens hypotheticum, de eo quod non est, imperfectum ἐφυλάττομεν. Vid. Crit. §. 3. ἵνα οἷοντ' ἦσαν. Hoogev. (Schütz.) p. 357. 8. Lys. de Eratosth. nece p. 43. (Reisk.) ut ibi Taylor. Cf. eundem usum in aoristo indicativo apud Heind. ad Theæt. §. 48. Mutatur autem hic quidem modus mox, poniturque γίγνοιντο ob intercedens ἀφίκοιντο. Buttm.

§. 26. μὴ οὐκ] Exempla particulæ μὴ, sensu cavendi vel timendi cum indicativo, e prosariis certe scriptoribus, nonnisi de perfecto afferuntur ab Hoogeveno, Matthiæ in gramm. §. 520. Obs. v. aliis. Quare hic etiam fortasse aliquis reponendum illud tempus putet, maxime cum sæpius occurrat in hac sententia ὡμολογήκαμεν (vid. infr. 38. 40. etc.) Aptior tamen hic videtur aoristum in re præterita quidem, sed quæ non firma maneat. Indicativus autem in tali loquendi forma, contra naturam constructionis per μὴ velut invita irrepit grammatica, quia certum est loquenti, ita esse, et hic quidem, *male se statuisse*. Conf. eundem usum in præsenti quoque notatum ad Alcib. ii. 3. ubi diserte etiam additum verbum ὅρα. Buttm.

μὴ οὐκ] De hoc loco et particula οὐ verba ἀπιστεῖν abundanter addito vid. Heind. ad Gorg. §. 99. et conf. μὴ in indice. Μὴ et, quod fortius negat, μὴ οὐ

καλῶς λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ νῦν καὶ ἐν τῷ ἔπειτα, εἰ μέλλει τι αὐτοῦ ὑγιὲς εἶναι.

ΜΕΝ. Τί οὖν δή;[j] πρὸς τί βλέπων δυσχεραίνεις αὐτὸ καὶ ἀπιστεῖς μὴ οὐκ ἐπιστήμη ᾖ ἡ[k] ἀρετή;

ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ, ὦ Μένων. τὸ μὲν γὰρ διδακτὸν αὐτὸ εἶναι, εἴ περ ἐπιστήμη ἐστίν, οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐ καλῶς λέγεσθαι· ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη, σκέψαι ἐάν σοι δοκῶ εἰκότως ἀπιστεῖν. τόδε γάρ μοι εἰπέ. εἰ ἔστι διδακτὸν ὁτιοῦν πρᾶγμα,[l] μὴ μόνον ἀρετή, οὐκ ἀναγκαῖον αὐτοῦ καὶ διδασκάλους καὶ μαθητὰς εἶναι;

II. i. 369. ΜΕΝ. Ἔμοιγε[m] δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ,[n] οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι;

ΜΕΝ. Ἔστι ταῦτα. ἀλλ' ἀρετῆς διδάσκαλοι οὐ δοκοῦσί σοι εἶναι;

ΣΩ. Πολλάκις[o] γοῦν ζητῶν εἴ τινες εἶεν αὐτῆς[p] διδάσκαλοι, πάντα ποιῶν οὐ δύναμαι εὑρεῖν. καί τοι μετὰ πολλῶν γε ζητῶ, καὶ τούτων[q] μάλιστα οὓς[r] ἂν οἴωμαι ἐμπειροτάτους εἶναι τοῦ πράγματος. καὶ δὴ καὶ νῦν, ὦ Μένων, εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς[s] ὅδε[t] παρεκαθέζετο, ᾧ μεταδῶμεν τῆς

om F.—[l] τι Γ.—[m] εἴ σοι γε F.—[n] αὖ om 𝔟.—[o] οὐ πολλάκις 𝔯.—[p] αὐτῆς εἶεν Ε𝔰.—[q] τῶν 𝔯.—[r] οὓς 𝔛ΓΔΒCΕF𝔯𝔟𝔯: οἵους *𝔰.—[s] Ἄνυτος Struvius.—[t] ὧδε Ε𝔗𝔟.—

redundat post verba negationem continentia: ἀνατίθεμαι (*retracto*) μὴ οὐ καλῶς λέγεσθαι, quasi dicas *retracto, ita ut nunc statuam non bene dici;* neque minus tamen eodem sensu etiam sine negatione Xen. Mem. i. 1. 44. ἀνατίθεμαι, ὅσα τύραννος μὴ πείσας γράφει, νόμον εἶναι. Buttm.

εἶεν] Optativus, ut observant Heindorfius et Struvius, persæpe relativis sic jungitur, quando hæc sunt eo sensu quo εἰ cum opt. ut hic pro εἴ τινος μὴ—εἶεν. Cf. Lys. p. 214. D. ὃ δέ γε αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη—σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον γένοιτο. Charm. p. 171. extr. καὶ ἄλλο πᾶν οὗ σωφροσύνη ἄρχοι. Hipp. Maj. p. 284. A. καὶ ἄλλοθι ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο. Phædr. p. 276. B. ὧν σπερμάτων κήδοιτο: item hic infr. §. 30. Buttm.

μὴ δ.] Scripsisse Platonem μηδὲ διδακτὸν probabile fiet ex illis quæ ascribam iisdem fere verbis repetitis infra 37. Buttm.

εἰς καλὸν] *Opportune:* vid. Wolf. ad Symp. ii. 9. Buttm.

αὐτὸς ὅδε] αὐτὸς ὅδε et mox αὐτὸς γὰρ ὅδε. Bis pro voce αὐτὸς Struvius reponendum censet Ἄνυτος. Quod priori loco admittere non possum. Nam παρεκαθέζετο Ἄνυτος, ᾧ μεταδῶμεν valeret *assedit Anytus ut participem eum faciamus,* quod hujus loci non est. Sed in locutione Attica αὐτὸς ᾧ μεταδῶμεν vis τελικὴ conjunctivi derivatur ex parte ab illo αὐτὸς, ut sit ac si scriptum esset 'assedit homo ad hos sermones aptissimus et velut ob id ipsum ut participem eum faciamus.' Pronomen ὅδε autem hic est pro adverbio, *hic propter nos:* vid. ad §. 19. Sed posteriori loco persuasissimum mihi

ζητήσεως. εἰκότως δ' αὖ[u] μεταδοῖμεν ἄν. αὐτὸς[v] γὰρ[w] ὅδε πρῶτον μέν ἐστι πατρὸς πλουσίου τε καὶ σοφοῦ Ἀνθε- II. 90.
μίωνος, ὃς ἐγένετο πλούσιος οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου οὐδὲ δόντος τινός, ὥς περ ὁ νῦν νεωστὶ εἰληφὼς τὰ Πολυκράτους χρήματα Ἰσμηνίας ὁ Θηβαῖος, ἀλλὰ τῇ αὑτοῦ σοφίᾳ κτη-

[u] ἂν ΧΔ.—[v] μὲν γὰρ Υ.—[w] ἔθρεψεν ὁ πατὴρ δηλαδὴ καὶ ΣΥ.—[x] γὰρ Δ.—[y] σαυτῷ

est verum vidisse Struvium, scripsisseque Platonem, Ἄνυτος γὰρ ὅδε. Nam præterquam quod non apparet cur tamdiu nomen hominis taceat Socrates, pronomen αὐτὸς nullam hic vim exercet; quam sic tantum haberet, si esset αὐτὸς γὰρ ὅδε σοφός ἐστι, καὶ πατρὸς ἐχρήσατο σοφοῦ Ἀνθεμίωνος: nunc patris mentio statim in eo comprehenditur quod primo loco de ipso refertur. Ut non verear istud αὐτὸς γὰρ prorsus ἄλογον dicere. Conf. de confusione nominum αὐτὸς et Ἄνυτος Boissonad. ad Marin. p. 88. et Schæfer ibid. in indice. Jam Anytum esse ipsum illum Socratis postea accusatorem, de eo nunquam opinor dubitatum est. Nam Diogenes Laert. ii. 63. tanquam certum hoc ponit, et Plutarchus in Amatorio 17. 18. p. (762. C. D.) post narratiunculam quandam de Anyto, quem diserte Anthemionis filium nominat, et Alcibiade, inimicitias illius cum Socrate tangit. Accedit nunc scholium ad Euthyphronem, quod e cod. Clarkiano edidit Gaisfordus in Lectionib. Platon. p. 169. cujusque initium est hoc: Οὗτος δ' Ἄνυτος Ἀνθεμίωνος ἦν υἱὸς Ἀθηναῖος γένος, Ἀλκιβιάδου ἐραστὴς πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς. ὅθεν καὶ σκωπτόμενος ὑπὸ Σωκράτους διὰ τοῦτο ἔπεισε Μέλητον, ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους. Qua occasione discant studiosi, ex optimis diversorum librorum codd. Mss. hodie constare, falsam esse scripturam pervulgatam, cujus quantitatem mirabamur omnes, nominis Μέλιτος. Verum de Anyto, ut recte Schleiermacher, testimoniorum nihil opus est, cum ita hic eam producat Plato, ut tantum non ipse, illum se in animo habere eloquatur. Quo illud etiam spectat quod iis quæ de Anyto accusatore leguntur in Apologia Socratis Xenophontea 29. τῶν μεγίστων ὑπὸ τῆς πόλεως ἀξιούμενον, simillima sunt hæc in nostro loco, αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. Legatur integer Apologiæ locus cum nota Schneideri. Adde de Pylo ab eo prodita judiciique corruptione Diod. xiii. 64. Plut. Coriol. 14. (p. 220.) Buttm.

εἰκότως δ' ἂν] Vulgo εἰκότως δ' αὖ, plane otiosa particula αὖ. Nam si dicas simplici *posse*, quod est in μεταδῶμεν, opponi nunc hoc, *recte posse*, id solo δὲ alias rectius indicatur. Quod autem censebat Ullrichius, respici superius illud cum servulo colloquium, hoc post tam longum intervallum hæc sola particula efficere non potest. Itaque non dubitavi adoptare, quod optimi codices præbent, duplex ἄν. Cf. Alcib. ii. 8. κἂν εὔξαιντο ἄν: Demosth. Mid. §. 36. οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείναιτ' ἄν: et lege Hermanni notata ad Vig. num. 283. Buttm.

Ἰσμηνίας] Duo sunt Ismeniæ, de quibus cogitare hic aliquis possit, probe tamen distinguendi. Alterum Plutarchus missum esse refert Ol. 103. 2. ad regem Persarum una cum Pelopida, cujus amicus teste Diodoro ille erat. Verum consideranti, qua ratione Pelopidas tum in gratiam regis venerat, apparet Ismeniam nonnisi partes secundas egisse, neque credendum est tam magnificis eum donis tunc cumulatum esse. Alius fuit Ismenias qui, jam Ol. 99. 3. Lacedæmoniis Cadmeam tenentibus, tanquam dux partium oppositarum morte multatus est, ut refert Xenoph. Hell. v. 2. 25. Jam eundem idem narrat scriptor ib. iii. 5. 1. ex numero eorum Thebarum, Corinthi et Argorum principum fuisse, inter quos eo tempore, quo rem in Asia prospere gereret Agesilaus, ut bellum Spartanis commoverent, L talenta argenti distribuerit Tithraustes, Tissaphernis successor. Quod factum esse oportet Ol. 96. 1. vel 2. eoque referenda censeo verba Platonis. Polycratis autem, Samiorum tyranni, divitiæ, nisi, quod magnopere mihi quidem videtur, per proverbium forte hic nominantur, in Asiam potissimum minorem, unde pecuniam illam in Græciam misit Tithraustes, translata olim fuisse credibile est reputanti finem tyranni, Samique fata ulteriora. Schleierm. Quamvis

σάμενος καὶ ἐπιμελείᾳ, ἔπειτα καὶ τὰ ἄλλα οὐχ ὑπερήφανος δοκῶν εἶναι πολίτης οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθής, ἀλλὰ κόσμιος καὶ εὐσταλὴς ἀνήρ· ἔπειτα τοῦτον εὖ ἔθρεψε καὶ ἐπαίδευσεν,[w] ὡς δοκεῖ Ἀθηναίων τῷ πλήθει· αἱροῦνται γοῦν[x] αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. δίκαιον δὴ
II. i. 360. μετὰ τοιούτων ζητεῖν ἀρετῆς πέρι διδασκάλους, εἴτ' εἰσὶν εἴτε μή, καὶ οἵτινες. [§. 27.] Σὺ οὖν ἡμῖν, ὦ Ἄνυτε, συζήτησον, ἐμοί τε καὶ τῷ σαυτοῦ[y] ξένῳ Μένωνι τῷδε, περὶ τούτου τοῦ πράγματος, τίνες[z] ἂν εἶεν διδάσκαλοι. ὧδε δὲ σκέψαι. εἰ βουλοίμεθα Μένωνα τόνδε ἀγαθὸν ἰατρὸν γενέσθαι, παρὰ τίνας ἂν[a] αὐτὸν πέμποιμεν διδασκάλους; ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς ἰατρούς;

ΑΝ. Πάνυ γε.[b]

F.—[z] εἴ τινες r.—[a] ἂν om b.—[b] πάνυ γε om b.—[c] τῶν om r.—[d] πρὸς r.—[e] ἐκ-

magnum argenti pondus L talenta tum temporis in Græcia fuisse videantur; tamen cum inter sex homines (tot enim recenset Xenophon præter socios unius eorum—καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ—) pecunia ea distributa sit, Ismeniæ portio tanta profecto non fuit, ut comparationi huic inserviret, et τὰ Πολυκράτους χρήματα, utrovis sensu accipiamus, vocaretur: præsertim cum in Rep. i. p. 336. A. inter potentes divitesque homines cum Periandro, Perdicca et ipso Xerxe Ismenias ille Thebanus recenseatur. Ignoramus igitur ad quod potissimum factum Plato hic respiciat. Ceterum Bœckhius (in Plat. Minoem p. 46.) cum Schleiermachero facit conferrique præterea jubet Plut. Artax. p. 1021. D. Lysandr. p. 448. E. Pausan. iii. 9. unde nihil tamen prodit, quod probabiliorem eam sententiam reddat; immo crescere numerum eorum videas qui pecuniæ illius participes fuerint. Buttm.

ὑπερήφανος] H. v. arrogantem cum *insolentia* significat, ὀγκώδης arrogantem cum *fastu* et superbia: arrogantia autem facit ἐπαχθῆ, *molestum*: cf. Demosth. Mid. 56. κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν, et post pauca, πῶς οὐχ οὗτος ἐπαχθής ἐστιν ἤδη καὶ μείζων ἢ καθ' ὅσον ἡμῶν ἑκάστῳ συμφέρει; Tali ἐπαχθεῖ oppositus est εὐσταλής *commodus*, qui simul est κόσμιος *modestus* et eo opponitur arroganti. Buttm.

ζητεῖν] Ita recte editur, non ζητεῖν—περὶ διδασκάλους, qua ratione genitivus non accusativus ad περὶ requireretur. Veram rationem monstrat quod sequitur, συζήτησον περὶ τ. τ. πράγματος τίνες ἂν εἶεν διδ. Quod autem h. l. habemus, διδάσκαλοι ἀρετῆς πέρι, dictum ut αἰτίαν τινὸς πέρι et sim. de quibus v. Heind. ad Theæt. §. 83. Phædo. §. 102. Herod. v. 49. ἐς τὰ μέγιστα ἀρετῆς πέρι ἀνήκετε. Et sic supra §. 3. legendum esse ostendimus, ἐρομένου μελίττης πέρι οὐσίαν, ὅ,τι ποτ' ἐστίν. In ceteris autem notus Græcismus, ζητεῖν διδασκάλους, εἰ εἰσίν: ἐρέσθαι οὐσίαν, ὅ,τι ποτ' ἐστίν: et cf. infr. 30. τούτους ἐζητοῦμεν, τίνες εἰσίν. Buttm.

§. 27. ἀγαθὸν ἰατρὸν γενέσθαι] Æschines Socrat. p. 376. B. §. 1. hanc inductionem s. analogiam ita expressit: φέρε, εἴ τις βούλοιτο ταύτην τὴν ἀρετὴν γενέσθαι ἀγαθός, ᾗ ἀγαθοί εἰσιν οἱ σοφοὶ μάγειροι, πόθεν ἂν γένοιτο; Δηλονότι εἰ παρὰ τῶν ἀγαθῶν μαγείρων μάθοι. Τί δέ; εἰ βούλοιτο ἀγαθὸς γίγνεσθαι ἰατρός, παρὰ τίνα ἂν ἐλθὼν γένοιτο ἀγαθὸς ἰατρός; Δῆλον δὴ ὅτι παρὰ τῶν ἀγαθῶν τινα ἰατρῶν. Εἰ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν ἀγαθὸς βούλοιτο γενέσθαι, ἥνπερ οἱ σοφοὶ τέκτονες; Παρὰ τῶν τεκτόνων. Εἰ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν βουληθείη ἀγαθὸς γενέσθαι, ἥνπερ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοί τε καὶ σοφοί, ποῖ χρὴ ἐλθόντα μαθεῖν; Οἶμαι μὲν καὶ ταύτην, εἴπερ μαθητός ἐστι, παρὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Biest.

ΣΩ. Τί δ' εἰ σκυτοτόμον ἀγαθὸν βουλοίμεθα γενέσθαι, ἆρ' οὐ παρὰ τοὺς σκυτοτόμους;

ΑΝ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ τἆλλα οὕτως;

ΑΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὧδε δή μοι πάλιν περὶ τῶν[c] αὐτῶν εἰπέ. παρὰ[d] τοὺς ἰατρούς, φαμέν, πέμποντες τόνδε καλῶς ἂν ἐπέμπομεν,[e] βουλόμενοι ἰατρὸν γενέσθαι; ἆρ' ὅταν τοῦτο λέγωμεν, τόδε λέγομεν, ὅτι παρὰ τούτους πέμποντες αὐτὸν σωφρονοῖμεν ἂν τοὺς ἀντιποιουμένους τε[f] τῆς τέχνης μᾶλλον ἢ τοὺς μή, καὶ τοὺς μισθὸν[g] πραττομένους ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, ἀποφήναντας αὑτοὺς διδασκάλους τοῦ βουλομένου ἰέναι τε καὶ μανθάνειν; ἆρ' οὐ πρὸς ταῦτα βλέψαντες καλῶς ἂν πέμποιμεν;

ΑΝ. Ναί.[h]

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ αὐλήσεως καὶ τῶν ἄλλων τὰ αὐτὰ II. i. 370. ταῦτα;[i] πολλὴ ἄνοιά ἐστι βουλομένους αὐλητήν τινα ποιῆσαι παρὰ μὲν τοὺς ὑπισχνουμένους διδάξειν τὴν τέχνην καὶ μισθὸν πραττομένους μὴ ἐθέλειν[j] πέμπειν, ἄλλοις[k] δέ τισι πράγματα παρέχειν, ζητοῦντα μανθάνειν παρὰ τούτων οἳ μήτε προσποιοῦνται διδάσκαλοι εἶναι, μήτ' ἔστιν αὐτῶν μαθητὴς[l] μηδεὶς τούτου[m] τοῦ[n] μαθήματος, ὃ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν μανθάνειν παρ' αὐτῶν ὃν ἂν πέμπωμεν. οὐ πολλή σοι δοκεῖ ἀλογία εἶναι;

ΑΝ. Ναὶ μὰ Δί'[o] ἔμοιγε, καὶ ἀμαθία γε πρός.

πέμπωμεν r.—[f] τε om Γ.—[g] μισθοὺς b.—[h] ναὶ om ΣΥ.—[i] τὰ αὐτὰ Γ, τὰ τοιαῦτα ΞΣΥ.—[j] ἐθέλῃ F.—[k] ἄλλα F.—[l] μαθητὴς αὐτῶν Γ.—[m] τούτου post μαθήματος

ζητοῦντα] Anacoluthiæ speciem habet hoc ζητοῦντα, quam ita expediendam censet Ullrichius, ut statim post illud μὴ ἐθέλειν πέμπειν, quod pendet a βουλομένους, mutatum sit subjectum, ipseque discipulus nunc sit subjectum horum πράγματα παρέχειν. Nos in nostra persistimus opinione, quam probabiliorem fortasse nunc exposuerimus dicentes, ad hæc πράγματα παρέχειν mente statim repeti πέμποντας αὐτόν. Itaque vera non est hic anacoluthia: pendet enim revera accusativus ζητοῦντα a superioribus τινὰ et πέμπειν. Buttm.

ἀλογία] Ejus tantum est ἀλογία, qui rationem nunc non adhibet, quod bonis etiam accidere potest; ἀμαθία contra, apud Atticos præsertim, ejus qui omnis non modo disciplinæ sed liberalioris eruditionis expers est, rustici, immo barbari ac stupidi. Aristoph. Nub. 492. Ἄνθρωπος ἀμαθὴς οὑτοσὶ καὶ βάρβαρος. Xen. Mem. iv. 5. 11. τί γὰρ διαφέρει ἄνθρωπος ἀκρατὴς θηρίου ἀμαθεστάτου; Cf. ib. i. 2. 50. Aristoph. Eq. 193. Schol. ad Nub. 136. Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 382. F. A. Wolf. ad Demosth. Lept. 99. Buttm.

ἀμαθία] Quam majorem vim habeat

II. 91. §. 28. ΣΩ. Καλῶς λέγεις. νῦν τοίνυν ἔξεστί[p] σοι[q] μετ' ἐμοῦ κοινῇ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ ξένου τουτουΐ[r] Μένωνος. οὗτος γάρ, ὦ Ἄνυτε, πάλαι λέγει πρός με ὅτι ἐπιθυμεῖ ταύτης τῆς σοφίας καὶ ἀρετῆς, ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι, καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὑτῶν θεραπεύουσι, καὶ πολίτας καὶ ξένους ὑποδέξασθαί τε καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν σκόπει παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν. ἢ δῆλον δὴ κατὰ[s] τὸν ἄρτι λόγον, ὅτι παρὰ τούτους τοὺς ὑπισχνουμένους ἀρετῆς διδασκάλους εἶναι καὶ ἀποφήναντας αὑτοὺς κοινοὺς[t] τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ μανθάνειν, μισθὸν[u] τούτου ταξαμένους τε καὶ πραττομένους;

II. i. 371. ΑΝ. Καὶ τίνας λέγεις τούτους,[v] ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οἶσθα δήπου καὶ σὺ ὅτι οὗτοί εἰσιν οἵους[w] οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι σοφιστάς.

ΑΝ. Ἡράκλεις, εὐφήμει, ὦ Σώκρατες. μηδένα τῶν συγγενῶν, μήτε οἰκείων[x] μήτε φίλων,[y] μήτε ἀστῶν[z] μήτε ξένων,[a] τοιαύτη μανία λάβοι, ὥστε παρὰ τούτους ἐλθόντα λωβηθῆναι, ἐπεὶ οὗτοί[b] γε φανερά ἐστι λώβη τε[c] καὶ διαφθορὰ τῶν συγγιγνομένων.

ΣΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Ἄνυτε; οὗτοι ἄρα μόνοι τῶν ἀν-

ponit Γ.—[n] τοῦ om r.—[o] δὲ b.—[p] ἔξεστι...ξένου om Γ.—[q] σε Δ, σε (οι superscr.) 𝔄BCEFrb.—[r] τουτωνὶ Σ.—[s] καὶ F.—[t] κοινωνοὺς b.—[u] μισθὸν om pr Δ.—[v] τούτους om r.—[w] οὓς r.—[x] μήτε οἰκείων om Cr.—[y] φίλον 𝔄.—[z] ἀστὸν 𝔄Δ.—[a] ξένον 𝔄Δ.—[b] οὐ

ἀμαθία, quam ἀλογία, equidem non video. Quare cum Cornario lego μανία. GED.

§. 28. ἔξεστί σοι] Codd. optimi et plurimi miro consensu σέ. Quod an tam certe vitiosum sit, ubi ἔξεστι non illud significat quod *liceat Anyto*, sed quod nil impediat quin *ab illo fiat*, alii definiant. Cf. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 165. 6. BUTTM.

ταύτην ο. τ. ἀρετὴν] Accusativus non pendet a verbo, sed est absolutus, *quod ad hanc virtutem attinet*. Male Stephanus conjiciebat διὰ τ. ο. τ. ἀρετήν. BIEST.

κοινοὺς] κοινὸς *qui sui copiam facit*. Xenoph. Ven. xiii. 9. οἱ δὲ φιλόσοφοι πᾶσι κοινοὶ καὶ φίλοι. Sic igitur ἀποφαίνειν αὑτὸν κοινὸν τῷ βουλομένῳ μανθάνειν. BUTTM.

οὗτοι—οἵους] H. e. οἱ τοιοῦτοι, οἵους. BUTTM.

ἀστὸν—ξένον] Sic dedi ex optimis Mss. pro vulgato ἀστῶν, ξένων. Accusativus respicit solum φίλων: quod longe præstat. BUTTM.

οὗτοί γε] Vel οὗτοι λώβη ἐστὶ, pro οὗτοι εἰσὶ λώβη: vel hoc ipsum εἰσὶ reponendum est. STEPH.

οὗτοι λώβη ἐστὶ] Dictum pro, οὗτοί εἰσι λώβη. Vid. §. 12. Quare male Stephan. εἰσὶ reponendum censebat. BUTTM.

τιποιουμένων[d] τι ἐπίστασθαι εὐεργετεῖν τοσοῦτον τῶν ἄλλων
διαφέρουσιν, ὅσον οὐ μόνον οὐκ ὠφελοῦσιν, ὥς περ οἱ ἄλλοι,
ὅ τι ἄν τις αὐτοῖς παραδῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον διαφθεί-
ρουσι;[e] καὶ τούτων φανερῶς χρήματα ἀξιοῦσι πράττεσθαι;
[§. 29.] Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔχω ὅπως σοι πιστεύσω· οἶδα
γὰρ ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν πλείω χρήματα κτησάμενον
ἀπὸ ταύτης τῆς[f] σοφίας ἢ Φειδίαν γε, ὃς οὕτω περιφανῶς
καλὰ ἔργα[g] εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντο-
ποιῶν. καί τοι τέρας λέγεις, εἰ οἱ μὲν τὰ ὑποδήματα ἐργα-
ζόμενοι τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἐξακούμενοι[h] οὐκ ἂν
δύναιντο λαθεῖν τριάκονθ' ἡμέρας μοχθηρότερα ἀποδιδόντες
ἢ παρέλαβον[i] τὰ ἱμάτιά[j] τε καὶ ὑποδήματα,[k] ἀλλ' εἰ
τοιαῦτα ποιοῖεν, ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποθάνοιεν, Πρωταγόρας II. i. 372.
δὲ ἄρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγ-
γιγνομένους καὶ μοχθηροτέρους ἀποπέμπων ἢ παρελάμβανε
πλέον ἢ τετταράκοντα[l] ἔτη. οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν
ἐγγὺς καὶ[m] ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ
ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα· καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἔτι εἰς
τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ[n] εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται. καὶ οὐ
μόνον Πρωταγόρας, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πάμπολλοι, οἱ μὲν II. 92.
πρότεροι[o] γεγονότες ἐκείνου, οἱ δὲ καὶ νῦν ἔτι ὄντες. πότε-
ρον δὴ οὖν[p] φῶμεν κατὰ τὸν σὸν λόγον, εἰδότας αὐτοὺς
ἐξαπατᾷν καὶ λωβᾶσθαι τοὺς νέους, ἢ λεληθέναι καὶ ἑαυ-
τούς; καὶ οὕτω[q] μαίνεσθαι ἀξιώσομεν[r] τούτους, οὓς ἔνιοί
φασι σοφωτάτους ἀνθρώπων[s] εἶναι;

ΑΝ. Πολλοῦ γε δέουσι μαίνεσθαι, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ

ου
τοι 𝔛.—[c] τε om ΣΥ et pr Ξ.—[d] ἀντιποιημένων F.—[e] διαφέρουσι 𝔯.—[f] τῆς om pr Ξ.—[g] ἔργα om ΣΥ.—[h] ἐξασκούμενοι ΥCr𝔟𝔯.—[i] παρέλαβόν τε τὰ BCEr.—[j] τε ἱμάτια Γ.—[k] καὶ τὰ ὑποδήματα Γ𝔯𝔯.—[l] τεσσαράκοντα Δ.—[m] καὶ add 𝔛ΔΣΥBCEFr𝔟𝔯 et fortasse pr Γ.—[n] ταύτην Ξ𝔯.—[o] πρότερον 𝔛ΔBCEFr𝔟.—[p] οὖν δὴ 𝔟.—[q] οὐ τῶι 𝔛.—[r] ἀξιώσωμεν 𝔛ΓΣΥBCFr.—[s] ἀνθρώπων om Δ.—[t] τοιοῦτό ΞΣΥ.—[u] δι' 𝔟𝔯.—

τούτων] Sollemnis est genitivus (τούτων) respondens genitivo pretii, in omni re quæ instar *mercis* est. Vid. L. Bos Ellips. p. 394. unde hoc e Diod. Sic. v. 29. sumptum exemplum transscribo: τῆσδε τῆς κεφαλῆς πολλὰ χρήματα διδόμενα οὐκ ἔλαβεν. Addo Dem. Mid. p. 529. χρήματα δ' οὐ προσήκειν τῶν τοιούτων ἐφ' ἑαυτῷ λαμβάνειν. Buttm.

§. 29. Φειδίαν γε] Heindorfio assentior corrigenti τε, quam particulam ante illud καὶ ἄλλους abesse posse non credo. Buttm.

πολὺ μᾶλλον οἱ τούτοις διδόντες ἀργύριον τῶν νέων· τούτων δ' ἔτι μᾶλλον οἱ τούτοις ἐπιτρέποντες, οἱ προσήκοντες· πολὺ δὲ μάλιστα πάντων αἱ πόλεις, ἐῶσαι αὐτοὺς εἰσαφικνεῖσθαι καὶ οὐκ ἐξελαύνουσαι, εἴ τε τις ξένος ἐπιχειρεῖ τοιοῦτόν[t] τι ποιεῖν εἴτε ἀστός.

§. 30. ΣΩ. Πότερον δέ, ὦ Ἄνυτε, ἠδίκηκέ τίς σε τῶν σοφιστῶν, ἢ τί οὕτως αὐτοῖς χαλεπὸς εἶ;

II. i. 378. ΑΝ. Οὐδὲ μὰ Δί'[u] ἔγωγε συγγέγονα πώποτε αὐτῶν οὐδενί,[v] οὐδ' ἂν ἄλλον ἐάσαιμι τῶν ἐμῶν οὐδένα.

ΣΩ. Ἄπειρος ἄρ' εἶ παντάπασι τῶν ἀνδρῶν;

ΑΝ. Καὶ εἴην[w] γε.

ΣΩ. Πῶς οὖν ἄν, ὦ δαιμόνιε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴ τέ τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν[x] ἑαυτῷ εἴτε φλαῦρον,[y] οὗ παντάπασιν ἄπειρος εἴης;[z]

ΑΝ. Ῥᾳδίως.[a] τούτους γοῦν[b] οἶδα οἵοι[c] εἰσιν, εἴτ' οὖν ἄπειρος αὐτῶν εἰμὶ εἴτε μή.

[v] αὐτῶν οὐδενὶ πώποτε ϒ.—[w] πάνυ ϒ.—[x] ἐν om ΔΣΥΒCFrb et pr ΓΕ.—[y] τι φλαῦρον ϒ, φαῦλον Ξ, λαῦρον F.—[z] εἶ corr Γ.—[a] ῥαδίους Ξ.—[b] γοῦν τούτους ϒ.—[c] οἷοί Γ:

ἐπιτρέπ. οἱ προσήκ.] Olim volui ἐπιτρέποντες τοὺς προσήκοντας, qui committunt iis necessarios suos. Sed jam video, non opus esse emendatione. Est enim οἱ προσήκοντες appositio ad οἱ τούτοις ἐπιτρέποντες (τοὺς νέους); ut sensus sit: multo magis parentes atque necessarii, qui illis tradunt adolescentulos. Ged.

καὶ εἴην γε] Ficinus vertit: *Utinam vero ne experiar!* Eodem modo cæteri Interpp. omnes. Sed sermonis Platonici consuetudo et ipse sententiarum nexus docent, concessive potius quam optative voculam εἴην h. l. esse explicandam. *Esto. Non expertus sum mores Sophistarum. Quid tum?* Ged.

καὶ εἴην γε] Ficinus: *Neque sim (expertus): quid tum?* Quem sensum a Gedikio quoque agnitum, ipsa orationis series adoptare suadet. Socratis enim quæ sequitur responsio aliquam certe hic Anyti affirmationem, ἄπειρον se esse sophistarum, requirit: quam, si καὶ εἴην γε mera sit optandi formula, nemo inde elicere possit. Quodsi de alio loquens Anytus dixisset καὶ ἔστω γε, nemo, opinor, in his verbis hæreret. Quod autem in tertia persona ἔστω, illud in prima est εἴην. Neque otiosæ sunt particulæ καὶ et γὲ, quas hac circumlocutione exprimas: *Nihil saltem a me impedimenti est, quo minus hoc quoque credas.* Contra Heindorfii correctio, Καὶ ἀεὶ εἴην γε, nunc non amplius mihi probatur. Nam ut de verborum ordine taceam, qui videtur esse debere, Καὶ ἀεὶ γ' εἴην, plenam hæc responsio contineret affirmationem, cui Socrates non reponeret Πῶς οὖν ἂν εἰδείης; sed Πῶς οὖν οἶσθα. Atque hoc quidem obstat etiam lectioni, quæ in uno est codice, Καὶ πάνυ γε. Buttm.

οὗ—εἴης] H. e. εἰ αὐτοῦ—εἴης. Vid. ad §. 26. Buttm.

οἱ εἰσιν] Non exspectatur h. l. *qui sint*, sed *quales* sint. Id autem discrimen Græcus sermo diligentius servat quam Latinus. Ideo scribendum est, οἷοί εἰσιν. Wolf. Valde olim se mihi probaverat hæc lectio; quam nunc, ubi in bono codice Coisl. reperta est, merito recepisse Bekkerum dixeris. Tamen diversa nunc sentire me facit locus Rep. viii. p. 559. A. Προελώμεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων, οἷ εἰσιν, ἵνα τύπῳ λάβωμεν αὐτάς. Forma loquendi itaque fuit, ut videtur, οἶδα ὅς ἐστι, pro οἷός ἐστι: quam in nostro loco ex eadem, qua

ΣΩ. Μάντις[d] εἶ ἴσως, ὦ Ἄνυτε, ἐπεὶ ὅπως γε ἄλλως[e] οἶσθα τούτων πέρι, ἐξ ὧν αὐτὸς λέγεις θαυμάζοιμ' ἄν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τούτους ἐζητοῦμεν τίνες εἰσί, παρ' οὓς ἂν Μένων ἀφικόμενος[f] μοχθηρὸς γένοιτο· οὗτοι μὲν γάρ, εἰ σὺ βούλει, ἔστωσαν οἱ σοφισταί· ἀλλὰ δὴ ἐκείνους[g] εἰπὲ ἡμῖν, καὶ τὸν πατρικὸν τόνδε ἑταῖρον εὐεργέτησον φράσας αὐτῷ παρὰ τίνας ἀφικόμενος ἐν τοσαύτῃ πόλει τὴν ἀρετὴν ἣν νῦν δὴ[h] ἐγὼ διῆλθον γένοιτ' ἂν ἄξιος λόγου.

AN. Τί δὲ[i] αὐτῷ οὐ σὺ ἔφρασας;

ΣΩ. Ἀλλ' οὓς μὲν ἐγὼ ᾤμην διδασκάλους τούτων εἶναι εἶπον, ἀλλὰ τυγχάνω οὐδὲν λέγων, ὡς σὺ φῄς. καὶ ἴσως τι λέγεις.[j] ἀλλὰ σὺ δὴ[k] ἐν τῷ μέρει αὐτῷ εἰπὲ παρὰ τίνας[l] ἔλθῃ Ἀθηναίων. εἰπὲ ὄνομα ὅτου βούλει.

§. 31. AN. Τί δὲ ἑνὸς ἀνθρώπου ὄνομα δεῖ[m] ἀκοῦσαι; II. i. 374.
ὅτῳ γὰρ ἂν[n] ἐντύχῃ Ἀθηναίων τῶν καλῶν κἀγαθῶν, οὐδεὶς
ἔστιν ὃς οὐ βελτίω[o] αὐτὸν ποιήσει ἢ οἱ σοφισταί, ἐάν περ
ἐθέλῃ πείθεσθαι.

ΣΩ. Πότερον δὲ οὗτοι οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ ἀπὸ τοῦ αὐ-
τομάτου ἐγένοντο τοιοῦτοι, παρ' οὐδενὸς μαθόντες, ὅμως
μέντοι ἄλλους διδάσκειν οἷοί τε ὄντες ταῦτα ἃ αὐτοὶ οὐκ II. 93.
ἔμαθον;[p]

οἶ *ς.—[d] μάντης Ξ.—[e] γε ἄλλως γε Σ.—[f] ἂν post ἀφικόμενος ponit r.—[g] ἐκείνου, in mg ἐκεῖνο, F.—[h] δὴ om r, ante νῦν ponit Γ.—[i] δαὶ ΞΔ. αὐτοῦ r.—[j] καὶ ἴσως τι λέγεις] hæc vulgo Anyto tribuuntur.—[k] δὲ ΞΓΔΣΥΒCΕFrbr.—[l] τίνα ΠΣΥ.—[m] δαὶ ΞΔ.—[n] ἂν om Σ.—[o] βελτίω οὐκ Γ.—[p] ἐξέμαθον Σ, οὐκ ἐξέμαθον Ybr.—[q] περὶ Γ.

Wolfius, ratione, jam olim aliquis sollicitavit. Nam permulta in Coisl. esse e correctione, conferenti patebit. Buttm.

ἐξ] *Secundum.* Cf. §. 30. ἐξ ὧν αὐτὸς λέγεις θαυμάζοιμ' ἄν, ὅπως —. Alcib. i. §. 48. ὡς ἐκ τοῦ σοῦ λόγου. Buttm.

ἐκείνους] Cod. Par. F mendose habet ἐκείνου, in marg. autem ἐκεῖνο, quod profectum videtur a correctore. Etenim οὗτοι, quod præcedit, tantum non necessarium facit ἐκείνους: cui succedere debebat παρ' οὕστινας: sed mox ob inserta hæc, καὶ—εὐεργέτησον, de novo subjicitur, φράσας α. παρὰ τίνας. Observetur autem participium aoristi, pro eo quod ad sententiam aptius esset, φράζων. Sed illud admissum ob verbum ejusdem temporis unde pendet; cujus structuræ exempla vide apud Heind. ad Phædo. §. 10. Buttm.

τί—οὐ] Formulam hanc, τί οὐ cum aoristo, esse instar imperativi animosioris, discas e Schneidero ad Xen. Mem. iii. 11. 15. Heind. ad Gorg. §. 126. Vid. Alcib. i. §. 22. Buttm.

καὶ ἴσως τι λέγεις] Sic optime Bekker. e Ficino. Vulgo Anyto tribuuntur ista Καὶ—λέγεις. Buttm.

αὐτῷ] Fuit qui legendum pronuntiaret αὐτός: sine causa. Nam idem sensus est in his ἐν τῷ μέρει: contra dativo αὐτῷ ægre careamus, ante illud ἔλθῃ nomine suo destitutum. Buttm.

ἔλθῃ] Conj. etiam in obliqua interrogatione recte ponitur. Vid. Matth. Gr. §. 515. 2. ibique exemplum e Thuc. vi. 25. Buttm.

ΑΝ. Καὶ τούτους ἔγωγε ἀξιῶ παρὰ[q] τῶν προτέρων μαθεῖν, ὄντων καλῶν κἀγαθῶν. ἢ οὐ δοκοῦσί σοι πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γεγονέναι ἐν τῇδε τῇ πόλει ἄνδρες;

ΣΩ. Ἔμοιγε, ὦ Ἄνυτε, καὶ εἶναι δοκοῦσιν ἐνθάδε[r] ἀγαθοὶ τὰ πολιτικά, καὶ γεγονέναι ἔτι οὐχ ἧττον ἢ εἶναι. ἀλλὰ μῶν καὶ διδάσκαλοι ἀγαθοὶ γεγόνασι τῆς αὑτῶν ἀρετῆς; τοῦτο γάρ ἐστι περὶ οὗ ὁ λόγος ἡμῖν τυγχάνει ὤν, οὐκ εἰ[s] εἰσὶν ἀγαθοὶ[t] ἢ μὴ ἄνδρες ἐνθάδε, οὐδ' εἰ γεγόνασιν ἐν τῷ πρόσθεν, ἀλλ' εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετὴ πάλαι[u] σκοποῦμεν. τοῦτο[v] δὲ σκοποῦντες τόδε σκοποῦμεν, ἆρα οἱ[w] ἀγαθοὶ ἄνδρες καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πρότερον[x] ταύτην[y] τὴν ἀρετήν, ἣν αὐτοὶ ἀγαθοὶ ἦσαν, ἠπίσταντο καὶ ἄλλῳ[z] παραδοῦναι, ἢ οὐ παραδοτὸν τοῦτο ἀνθρώπῳ[a] οὐδὲ παραληπτὸν ἄλλῳ παρ' ἄλλου; τοῦτ' ἔστιν ὃ πάλαι ζητοῦμεν[b] ἐγώ τε
II. i. 375. καὶ Μένων. [§. 32.] Ὧδε οὖν σκόπει ἐκ τοῦ σαυτοῦ λόγου. Θεμιστοκλέα οὐκ ἀγαθὸν ἂν φαίης[c] ἄνδρα γεγονέναι;

ΑΝ. Ἔγωγε, πάντων γε[d] μάλιστα.[e]

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ διδάσκαλον ἀγαθόν, εἴπερ τις ἄλλος τῆς αὑτοῦ ἀρετῆς διδάσκαλος ἦν, κἀκεῖνον[f] εἶναι;

—[r] ἐνθάδε om ϒ.—[s] εἰ om pr Δ.—[t] εἰσὶν οἱ ἀγαθοὶ ϒ.—[u] πάλαι om BCEFr.—[v] τοῦτο...σκοποῦμεν om ϒ.—[w] εἰ ἄρα ϒ.—[x] προτέρων 𝔛ΓΔΞΣΥbr.—[y] μόνην ϒ.—[z] ἄλλοις Γ.—[a] ἀνθρώπῳ...ἔστιν om Γ.—[b] ἐζητοῦμεν ϒ.—[c] φαίης ἂν ΣΥ.—[d] γε om

§. 31. τῶν προτέρων] Legendum censeo τῶν πρότερον, neque tamen absolute hoc accipiendum ut paucis post versibus τῶν πρότερον, sed jungendum παρὰ τῶν πρότερον ὄντων κ. κ. Vulgata hoc dicit, *a prioribus, qui boni et ipsi fuerunt*; quasi superiores omnes boni fuerint: sensus poscit *ab iis qui olim boni viri fuerunt*. Quam proclivis autem lapsus ab οἱ πρότερον, τῶν πρότερον in οἱ πρότεροι, τῶν προτέρων vidimus §. 29. ubi πρότερον restituimus ex iisdem codd. qui paucis abhinc versibus (31. c.) pro vulgato et probo τῶν πρότερον ipsi dant τῶν προτέρων. Certe ad unam quater normam scribendum est (§. 29. 31. bis 33.): præstare autem ubique οἱ πρότερον mihi quidem exploratum est. Buttm.

πολλοὶ] Excidisse καλοί τε Cornarius putabat, immemor usus Græcorum vocem πολλοὶ aliis adjectivis fere semper ita jungentium ut vocula καὶ intercedat. Alcib. i. 56. πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀγαθοὶ αὐτὸ πεπόνθασιν Ἀθηναίων. Sufficiebat autem h. l. repetitio vocis ἀγαθοί. Buttm.

καὶ γεγόν. ἔτι—εἶναι] Istud ἔτι plane alieno loco insedit. Legendum: οὐχ ἧττον ἢ ἔτι εἶναι. Ged. Non accedo. Ἔτι valet *insuper*, *præterea*: contra ἔτι εἶναι valeret *reliquos*, *superstites esse*. Buttm.

§. 32. Θεμιστοκλέα—διδάσκαλον] Æschines Socrat. p. 376. C. §. 1. Θουκυδίδης καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ Περικλῆς. Τούτων οὖν ἑκάστου ἔχομεν διδάσκαλον εἰπεῖν; Οὐκ ἔχομεν. οὐ γὰρ λέγεται. Τί δέ; μαθητὴν, ἢ τῶν ξένων τινὰ ἢ τῶν πολίτων, ἢ ἄλλον, ἐλεύθερον ἢ δοῦλον, ὅστις αἰτίαν ἔχει διὰ τὴν τούτων ὁμιλίαν σοφός τε καὶ ἀγαθὸς γεγονέναι; Οὐδὲ τοῦτο λέγεται.—Iisdem fere argumentis exemplisque idem hoc adstruit Socrates in Protagora §. 28. ἐπεὶ Περικλῆς ὁ τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατὴρ, τούτους, ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο, κα-

ΑΝ. Οἶμαι ἔγωγε, εἴ περ ἐβούλετό γε.

